dendo / .7 tunc dē lucifer. vel sequendo / .7 tunc
dē vesper vt dicit beda. colorem habet candē-
tem .7 refulgentem / electro similem. vt dicit ma-
rus. Inter omnia enim sydera gaudens ful-
get. vnde .7 iubar dē eo q̄ iubar radiosi lūmis
a se emittit. ppter quod .7 vmbra facit quan-
do aura multū est serena. diem .7 solis ortum ī-
mediate annūciat .7 precedit quādo est in eodē
signo cum sole. a claritate solis absorptus / se-
tu n̄tempis non ostendit. qm̄ venus est altior
mercurio. tūc est illo tardior .7 econuerso cum est
inferior / tūc est celerior. vt dicit macrobius. ī tri-
bus semitorijs sola succurrit vt dicit mar-. ma-
liciam martis deprimit vt dicit p̄tholo. ex par-
te corporis disponit ad pulchritudinē / .7 ad vo-
luptates in tactu / in olfactu / in gustu / .7 in can-
tu. vnde facit esse cantores / .7 musicorum ama-
tores / .7 specierum confectores / aurifices / .7 ve-
stium muliebrium infasores (vt ait misel.)
Et dicit p̄tholo. Sub venere (inquit) sūt libra
7 t̄taurus. .7 sunt eius domus. .7 regnat in pi-
scibus / .7 in virgine deficit regnum eius .7 ab-
scedit. sub ipso cōtinetur via / amor / .7 amicitia
7 peregrinus. .7 signat lucum .7 gaudium. .7 est
vindicatus. .7 moratur in quolibet signo. xxx. di-
ebus. .7 p̄plet cursum suū in .ccc. .7. xlvij. dieb;.

Mercurius fm̄ misel. est planeta tem-
peratus nocturnus / modo masculi-
nus / modo femininus. cito. n. se-
vertit ad naturam illius cui coniungit. vt cum
bonis bonus / cum malis vel mediocribus me-
dicis vel maliuolus efficitur. vnde .7 in supio-
ri parte sue obisdis miscet qualitates suas cū
qualitatibus venere. .7 ideo fingitur a poetis
q̄ cum ea fuerit fornicatus (vt dicit Jfido.) Et
dicitur mercurius quasi medius cūres. qz qua-
si medius est fm̄ bedam inter venerem .7 solem
vnde in superiori parte sui circuli coniungitur
cum venere. in inferiori vero conuenit cum sole
circulus etiā suus in superiore parte sui intrat

circulus veneris. inferiori autem parte circuli intrat solis quando est in superiori parte sui circulus melius videtur / et minus a sole obscuratur. aliquando etiam ante ortum solis. aliquando post occasum splendet. et ideo ab aliquibus vespereus nuncupatur. a quo dicitur dominari unde lucanus loquens de mercurio dixit. Quatum diuinus percussit aquarum. Dicitur etiam a poetis deus sapientie et eloquentie. unde secundum ptholo. mercurius dicitur esse studiosus et scientie numerum amatores. disponit enim et habilitat ad scientiam et usum calculi et computationis. et ideo dicitur fuisse deus mercatorum quia mercatoribus computatio summe necessaria est. Dicitur etiam fuisse deus palestre ut dicitur Isido. eo quod cum sole luctatur quasi volens eum superare. Semper enim iuxta solem graditur. nunquam plus distans quam per .xxx. gradus. vnde raro videtur. quia semper fere cum radijs solaribus occultatur et ideo propter calorem solis fulgur depingitur et propter suam celeritatem cursor deorum in fabulis nuncupatur. quia nunc cum sole / nunc ante / nunc post graditur. quando solem preuenit radijs solaribus proximus stare videtur. et dicitur stationarius. quando autem sequitur videtur retrogradus ut dicit macrobius. Secundum ptholomeum autem sub mercurio sunt gemini et virgo et regnat in virgine. sed in pisibus regnum abscedit. cum sole semper moratur. vno autem signo ante vel vno post. Sub mercurio continetur fortunium / negotiatio futurum. et signat rationem et sapientiam et est albus. cum beniuolus beniuolis. et cum malis malus moratur in vnoquoque signo. xxvij diebus et vi. horis. et in .ccc. et .xxvij. diebus complet cursum suum. huiusque ptholo.

Sol secundum Isido. quasi solus lucens dicitur eo quod sit fons totius luminis / cuius radiatione superiora et inferiora illustrantur. Est autem sol secundum miselath. planeta fortunatus ex se. sed per coniunctionem aliquando fit malus / masculinum. calidus et siccus. Sol enim omnia viuificat et rebus omnibus vitam speciem et formam administrat. Nam ut dicit idem. Sol omnibus luminaribus celi maior est in quantitate et in dignitate et claritate quia magis calcanti et compressi est luminis. maior est etiam potestate et effectuum multiplicitate maior etiam est in motus uniformitate. quia semper mouetur directo motu in circulo proprio sub zodiaco medium semper tenens locum. transit enim recte circulus per mediam lineam zodiaci cuius metas

et terminos non transcendit. et ideo eius motus in circulo suo proprio est uniformis quauis respectu aliorum moueri dissimiliter aliquando videatur. Circulus quoque solis sicut et zodiacus distinguitur per .xij. spacia siue signa quorum quodlibet continet .xxx. gradus. et quilibet gradus .lx. minuta. et quodlibet minutum .lx. secunda. et quando sol recedit de vno puncto sui circuli et reuertitur in eundem. transit per viginti duo signa et iste transitus circulus anni vocatur. nec in die naturali perfecte transit gradum vnum prout computat albumasar. sed transit lxx. minuta. et .viii. secunda. ita quod de illo .lx. minuto remanent lxx. secunda impertransita. unde tantum deficit quod in vno die naturali non perficit gradum vnum. Sol igitur motu suo ordinato et imperturbato cursu ordinat et perficit vniuersa. unde ambrasio in exame. sic nobis describit virtutes ipsius solis dicens. Sol est oculus mundi iocunditas diei / pulchritudo celi. mensura temporum virtus et vigor omnium nascentium / decorus planetarum / decor et perfectio omnium stellarum. Idem etiam dicit marcianus. Sol inquit est fons mentis / id est memoria rationis / principium lucis rex nature / mens mundi fulgor olimpi / moderator firmamenti. ideo enim mouetur contra firmamentum ut moderet et temperet motum suum. Ideo dicitur splendor olimpi. quia ut dicit macrobius in libro ciceronis. distinctio fuit platonis omnium sperarum lumen esse a sole. dicit enim plato in thymeo. Ingenitum deus rerum conditor lucem clarissimam quam solem vocamus. cuius splendore celum et infra omnia illustrantur. et numerus existeret omnium animalium et in libro de elementis dicit aristoteles. Sol inquam habet lumen proprium. stelle vero et luna lumen a sole acquisitum sicut quando a candela speculum ei appositum illuminatur. Ideo dicit marcia. quod sol in medio signiferi incedens bisse radios nos emittit ex se quibus superiora et inferiora illustrantur. De his autem solis mirabilibus dicit beatus dionysius in libro de diuini nominis. capitulo quarto sic. Sensibilem existens et qualitates multas quidam et discretas existentes. ipse sol vnum ens et uniforme illuminans lux renouat nunc custodit perficit et discernit / vnit et refouet secunda facit auget mutat collocat plantat remouet et viuificat omnia. Unde ex his verbis manifestatur proprietas solis in propria natura et in suo effectum. In substantia enim et essentia sua summam habet simplicitatem. non

De celo et mundo

enim habet et dissimilibus vel et contrarijs partibus compositionem substantialem sicut inferiora elementa. vñ elemēta sed oimodā bz simplicitatem in sua natura et uniformitatem. et ideo habet perpetuam in substantia permanentiā et in corruptibilitatem. quia compositio et contrarijs principium est corruptionis. vnde dicit aristo. et ex hac simplicitate summam habet secundum substantiam leuitatem. Nam partiu materialium compactio est principium et causa grauitatis. et ex hac leuitate habet corpus solare ad motum habilitatem: leuia enim ad motum sunt facilia et maxime sunt agilitatis. et substantie autē sue subtilitate et mobilitate summam habet actualitatem et virtutem. quia quanto res est simplicior tanto ad diuersos actus naturaliter est potentior. Et ideo conuenienter dicit dionis. q̄ sol vniformis est lux illuminans. et. Nam virtutem habet illuminatiuā quia in suo lumine nunquā deficit quāuis ei? lumen vel per tere vel per lunc nobis interpositionem aliquando auferri videatur. habet etiam virtutem renouatiuā. nam poros terre aperit et virtutem latentem in radiib? ad actū perducit. et terre superficiem herbis frondibus et floribus renouat et reuestit. per subtractionem enim virtutis solis penetrantis ad interiora terre hiemali intemperie quodammodo antiquata annis singulis nitore et pulchritudine renouantur. Item virtutem habet nutritiuā quia ad interiora radicum et seminum solaris radius subintrans calore suo humiditatem terre dissoluit et vi sua attractiua quia semini et radici est similis de illa humiditate attrahit et illud in nutrimentum terre nascentium conuertit. Item virtutem habet inferiorū conseruatiuā et saluatiuā. Nam elementa propter contrarietatem et mutuam repugnantiam quaz habēt inter se ad inuicem se destruerent. nisi per virtutis celestis influentiam conciliarentur. et sic in esse debito saluarentur vt dicit alex. Item virtutem habet perfectiuā quia quod calor elementaris incipit agere in generatione corporum calor solaris perficit et perducit ad debitum complementum. alexander. Item habet virtutem discretiuā nam colores et rerum species et figure que in tenebris sunt confuse per presentiam solaris luminis agnoscuntur et ab inuicem discernuntur. Item virtutem habet vniuersaliū et hoc per se et per accidens. per se quia vnit et consiliat et concordat planetas in suis effectibus conciliat sibi inuicem contraria

elementa. vñ de secundum marcia. et macro.) sol medius est inter planetas. quia ad harmoniam celestem perficiendā hoc facit sol in suo circulo quod facit media cordula in musico instrumento. Per accidens etiam vnit homogeneia sicut et dissoluit eterogeneia. secundum enim naturam in quam agit nunc aggregat vñc dissoluit. Item virtutem habet secundatiuā vim enim generandi et vānes species produciendi confert istis inferioribus. homo enim generat hominem et sol. vt dicit philosophus. quia nihil fructificat nec crescit vbi solis radius non attingit. Item virtutem habet confortatiuā secundum enim solis ascensum super nostrum orizontem virtutes animalium fortiores efficiuntur et vsq; ad medium celi augmentantur et in eius declinatione vsq; ad occasum propter eius elongantiam debilitantur corpora in suis virtutibus et quasi in somnum resoluantur vt patet in floribus qui aperiuntur in ortu solis qui in occasu marcescunt et quodammodo clauduntur. vt dicit alexan. Item virtutem habet temporū mutatiuā ordinatiuā et distinctiuā quia descendens per signa australia in septentrionalia efficit dies breuiorū ascendens vero per signa septentrionalia efficit longiorū. Immutat etiam ipsos dies. quia sol lucens super terram diem facit et secundum diuersam dispositionem solis dies diuersam immutationem recipit. Nam primo rubet in mane/ deinde lucet in tempore hore tercię/ feruet in meridie et palet in vespere. vnde et quatuor equos fingitur habuisse/ quorum primus fuit ericeus id est rubeus/ secundus atriceus id est splendens. tercius lampas. id est ardens. quartus phlogeus id est amans terram vt dicit beda. Sol etiam vt dicit beda si fuerit maculosus vel sub nube latens pluuialem diem presagit si rubeat. si vero palleat tempestuosum. si vero canus in medio videatur/ ita vt in medio fulgens radios emittat versus austrum tempestatem designat humidam et ventosam. si pallidus decidat in nubes migras verum aquilonale prenuunciat vt dicit beda. Item virtutem habet inferiorum informatiuā Nam vt dicit Isidorus secundum eius elongationem et propinquationem facies hominum et animalium corpora vigore et calore disponuntur. vñ de. dicit marcianus. In solis constellatione homines pulchros et agiles esse. et ideo in fabulis cū pēnatis vestigijs depingit et facie puerili ppter qd̄ et pbeb? .i. pulcher dicitur est.

Dicit ptholomeus q̄ sol facit hominē corpulē
tum / facie pulchrum ⁊ coloratum ⁊ magnorum
oculorum ⁊ habilitat ad omnia opera auri si fu-
rit in exaltatione sua. si vero in casu ad omnia
opera eris habilitat ⁊ disponit. tūc habet vir-
tutem purificatiuā. radiorum enim suorum disp-
sione subtiliat aerem ⁊ disgregat / ⁊ p̄sumit va-
porum inficiētem aerem ac disspgit / ⁊ fugat au-
ram pestilētem. Item cū non sit subiectiue cali-
dus / virtutem habet calefactiuā / inflāmatiūā
⁊ virtutem. ⁊ hoc fit ex motu radiorum / ⁊ eorū
confractioe ac concursu in superficie corporis ma-
xime si obiectum corpus specularē fuerit ⁊ po-
litum. vt dicit in perspectiua. Item virtutez ha-
bet attractiuam. calore enī suo attrahit a mari
fumos ⁊ vapores ⁊ tandem eos cōdensat i nu-
bes. ⁊ sic cōdēfatos eos resoluit nūc i gradies
nunc in pluias nunc in niues. vnde secundū
mardianum dicitur fabulose q̄ sol fuit iuxta ma-
re oceanū ab ethiopiis cū alijs dijs ad epu-
las inuicatus. putauerunt enim antiqui calo-
rem aquis oceanī nutiri et a tractos vapores
in ipsius nutrimentum. conuertit. et ideo dicunt
ante impetuofam pluiam calorem procedere
vehēmentem. q̄d fit propter nimiam attractio-
nem vaporis ex forti impressione caloris radio-
rum inuenire siue inconcauitate nubis vt dicit
anist. Item viuificatiua ⁊ h̄z virtutē q̄d patz p̄ h̄
q̄ nihil pōt viuere vbi nō pōt attigere virtutē solis
et ideo dicit ptholo. in li. eo. Sub sole est leo et
est domus eius. regnat in ariete et in libra di-
scedit. sub ipso continentur species lucrum for-
tuna. et heres et signat spiritum et animam et
ē color eius albus et rubeus et est veridicus. et
complet cursum suum diebus. cc. lxxvi. et sex ho-
ris vnde inter omnes planetas maxime dispo-
nit animalia ad animationem et viuificatio-
nem. Item cum sit maxime quantitatis et velo-
cissimi motus sue velocitatis et magnitudinis
est occultatiuus. Lum enim sit occas maior to-
ta terra vt dicit macro. propter altitudinem sui
situs vix bipedalis videtur. Quod autem inco-
parabiliter maior sit q̄ apparet patet ex hoc q̄
maior videtur in suo ortu et occasu quando a
nobis maxime elongat q̄ in p̄cto meridiei q̄
nobis maxime appropinquat. vnde patet q̄ i
ipsius aspectu decipitur visus noster. et hoc ap-
te declaratur in ipsius motu quia continue mo-
uetur velocius q̄ sagitta ⁊ tamē ab aliquo mo-
ueri non videtur. p̄ximie enim claritatis intē-
sione et excessu sicut et eius quātitas sic et mo-
tus velocitas subterfugit visum nostrum. et ista
de proprietatibus solis dicta sufficiant.

Luna dicitur quasi luminum vna.
idē p̄cipalis et matia q̄ corpori
solarī in magnitudine ⁊ pulchritu-
die ē similis vt. d. Jfido. Luna. n. vt. d. in ex-
ameron Jest decor noctis mater totius humo-
ris et ministra. dominatrix maris / temporum
mensura / emulatrix solis / mutatrix aeris / lumē
a se non habens sed a plenitudine solis mutu-
ans et acquirens que secundū appropinquo-
nem vel elongationem solis formam suscipit ⁊
figurari. carens itaq̄ luna proprio lumine / est
a fontali plenitudine solis luminis receptiua
vnde dicitur in libro elementorum aristo. q̄ lu-
na semper in mediate sui a sole illuminatur et
lumen receptum reflectit in terram. naturam au-
tem habet similem speculo q̄d proprio colore
carens / lumen recipit a b alio. et quanto plus
soli appropinquat tanto plus de suo lumine p̄-
dit ex parte terre. sed claritatem quam perdit ex
parte inferiori nullomō perdit ex parte celi / in-
mo tanto plus ex parte superiori illuminatur.
vnde quando soli coniungitur nihil lumis ad
terram dirigit sed ex parte celi in plena illumina-
tione permanet ⁊ persistit. ⁊ econuerso quando
soli opponitur tota ad terram et nihil ad celū
illuminatur. vt dicunt beda. et macrobius Item
luna est figure et forme sue mutatiua. diuersas
enim facies sui luminis ostendit ad terram q̄
nunc arcualem nunc circularem a specibus ho-
minum se ostendit. nunc monoydos / nunc di-
crocomos nunc amphitricos nunc pausilenes
Jfido monoydos autem est quando est prima ⁊ ap-
paret cornicularis. Dicrocomos dicitur quasi p̄
medium secta quando est octaua. Amphitricos
est quando de sua plena rotunditate est dubia
salcet quando est xi. vel. xij. Pausilenes est q̄
ex toto est pleua. s. quando est. xiiij. Item luna
triplicis status est ostensiuā. q̄ aut est cum sole
s. in coniunctione quando ascendit. aut a late-
re quando. s. recedit a sole vel quando ad solem
revertitur. aut in plena oppositione quando. s.
totaliter soli opponitur. quando autem a sole
primo recedit / apparet corniculata ad modum
arcus cornibus semper versis versus ortum.
quando vero iterum appropinquat ad coniu-
ctionem / recipit eandem formam sed versis se-
per cornibus ad occasum. In parte autē auer-
sa a sole semper apparet vacua. sed in parte an-
te ad solem versa lumine repleta. Item luna ē
omnium humorum augmentatiua / quia per
occulta nature spiramina fluxus et refluxus aug-
mentatur. vnde in eis decremento in ossibus
medulle cerebella in caputibus et humores in

De celo et mundo

cordibus diminuantur et in eius incremento multiplicantur. vnde eius defectui omnia cōpatiuntur et eius decrementum inferiorum ē detrimentum vt dicit. macro. **I**tem aquarum maris est attractiua. Sicut enim adamas trahit ferrum. sic luna mouet et trahit post se oceanum. vnde in suo ortu intumescit mare et crescit ex parte orientali et decrescit ex parte occidentali et econuerso quando est in occasu crescit mare ex parte occidentis atq; decrescit ex parte orientis secundum q̄ luna plus vel minus proficit in lumine sic plus vel minus in suo fluxu se extendit vel retrahit ipsum mare vt dicit marciānus. macrobius. in libro cicēronis. oceanus in incremento lune reuert modum istum. **P**rimo enim die crescentis lune fit copiosior solito et habundat in summo. sed secundo minuitur et sic vsq; ad diem septimum. deinde iterum crescit per septem dies. ita q̄ in decimoquarto die est iterum pleniū in summo. vnda in nouilunio semper est maxime replemissimum et etiam in plenilunio.

Item luna est rosis in aere generatiua. vni enim sue humiditatis aeri imp̄ritur. et aeren insensibiliter immutans in ipsas superficie rorem gignit. manifeste enim videmus q̄ quanto luna est estiuāli tempore serenior. tanto habundantius ros super gramina se ostendit.

Item luna inter planetas est breuissimum tempore sui cursus completiua. breuissimum enim habet circulum et ideo infra spacium xxviii. dierum per omnia signa zodiaci euagatur. vt dicit p̄tholome. vnde de luna sic dicit p̄tho. **S**ub luna est cancer / et est cancer domus eius. regnat in cauro sicut in libra discessus sui regni est. et est planeta frigidus et humidus cum excessu femineus. nocturnus moratur autem in quolibet signo duobus diebus et sex horis et bisse. et in xxviii. diebus complet cursus suū. **I**tem luna inter oēs stellas erraticas est magis in incerto et in vago motu siue cursu p̄cessiua. Nā p̄pter breuitatē sui cursus nunc sub sole nūc supra / nunc ante nunc retro euagatur. et cum sol circuit per circulos australes inferiores et luna peragrat circulos boreales superiores. tunc luna supina est veluti nauicula / sursum habens cornua. sed quando est sub sole tūc habet cornua versus terram inclinata / quando vero decrescit / ē erecta. vt dicit beda. **I**tem quando luna recto

diametro inter nos et solem est interposita. scilicet esse edipsis. id est defectus solis. **I**ste autē defectus nunq̄ potest accidere secundum naturam / nisi in coniunctione solis et lune quando denovo accenditur. et ipsa coniunctio in linea ediptica celebratur. hoc semper est quando sol est in capite draconis et luna in cauda vel econuerso. vnde albuma. in libro de motibus planetarum si luna inter nos et solem obuiat defectum radioꝝ solis nobis facit in capite vt in cauda draconis. **Q**uid autē sit cauda draconis / quid caput / post dicitur. **I**tem luna per interpositionem minoris terre inter se et solem defectus sui luminis est passiuā. vnde macro. in libro astrologorum sic dicit. Luna ascendens vel descendens in solarem lineam incidit si fuerit. xxx. quando ex toto soli est subiecta obscuritatem solis terre facit. sed istū defectum singulis mensibus nō facit quia nō semper est in eadez linea qua inter solem et terram dyametriciter est opposita. nec semper solari corpori se opponit. **I**dem vero defectus fit lune cum linealiter soli totaliter sit opposita / scilicet quando est. xv. si enim tunc fuerit directe sol sub terra / emittit sol vmbraꝝ tunc terre in lineam sibi oppositam. quāz si corpus lune intrauerit / propter vmbraꝝ terre interpositam inter se et solem a suo lumine tunc priuatur. quia ergo singulis mensibus luna plena non fit in linea ediptica que est vmbre interpositio. ideo singulis mensibus luna suo lumine non priuatur.

Item luna quāz est cuiusdā obscuritatis et obnubilationis in se contentiua. et hoc ex proprii corporis qualitate. quia naturaliter est obscura / cum lumen ex se non habeat / sed a sole. **U**t vt dicunt aliqui illa obscuritas est ex vmbra terre / ex qua quedam macula resultat in corpore lunari / que ipse lumen in parte obfuscat. et hoc fit maxime quando ad terrāz appropinquat / ex cuius vicinitate et nebulositate contrahit quasdam sordes. vt dicit marciānus. quando vero ad altiores ascendit circulos. daret munda et nullis maculis obnoxia tunc videtur vt idem dicit marciānus.

Item luna est mutationis temporū significatiua. Nam vt dicit beda. luna si in principio rubeat vt aurum ventos ostendit. si in summo eius corniculo maculis quibusdam nigrescat. pluuiosum mensis exordium p̄tendit. **S**i vero

ro nigrescit in medio plenilunium serenū pren-
dit. cum vero nocturna navigatione sunt
lat ad remos. in breui tempestas futura erit.
vt dicit idem beda. Item luna in celesti harmo-
nia est soni grauiissimi emissiua. vt dicit mar-
cianus. In circulo enim lune fit grauis sonus.
sicut in sphaera celesti est acutus. Ex ordinatissi-
mo enim sono et ex stridore tactus orbium gene-
rato. dulcissimus. vt dicit est concertus. Item
luna est fecunditatis terre seminibus mistra-
tiua. praest enim seminibus que proficiunt ex ro-
re. qui de corpore lune cadit (vt dicit idem) et
ideo secundum fabulas dicitur proserpina. eo quod se-
minum que proficiuntur in terra dicitur esse dea a-
genitibus. sic etiam dicitur dyana. id est silua-
rum dea et nemorum. quia feris de nocte pasca-
querentibus in nemoribus et in siluis lumis
beneficium administrat. et ideo gentiles vo-
cauerunt lunam deam venatorum. quia venatio
fit in siluis. propter quod et dyanam cum arcu
depingebant eo quod venatores arcibus uteban-
tur. Item luna cum sit frigida et humida. est
ex vicinitate solaris circuli caloris receptiua.
Nam ex calore solis et siccitate. temperatur fri-
giditatis et humiditatis sue excessus cum in sin-
gulis mensibus in suo descensu ad terram bi-
emis generetur. vt dicit macro. Item luna vt
dicit albumasar est aeris mundificatiua. motu
enim suo continuo aerem rarificat et subleuat
vnde si non esset motus sphaere lune aerem ex no-
cturna vaporum exalatione grossities infice-
ret. quod corruptione non modicam generaret
Item luna secundum astrologos inter planetas est su-
per dispositione hominis corporis maxime pur-
ganua. Nam vt dicit ptholo. in libro de iudi-
cijs astroz. Sub luna panetur egritudo. amif-
sio. amor et damnum etc. vnde circa humani cor-
poris mutationem. lunaris virtus pouissime
opatur et hoc accidit. tum propter motus sui ve-
locitatem. tum etiam propter ipsius ad nos vici-
nitatem. tum propter occultam sibi naturaliter
insitam potestatem. vnde morborum mutati-
onem medicus perfecte non discernit. qui luna-
res effectus in corporibus non cognouit. vnde
hypocras in principio pronosticoz de luna lo-
quens ait. Est quoddam celeste sydus in quo
oportet medicum prouidere. cuius prouidentia
est mirabilis et stupenda (Et galie. in commé-
de diebus aetiacis dicit) rem certam que non
fallit attendat medicus quam docuerunt astro-
logi egyptioz quod per coniunctionem corporis lu-
naris cum stellis fortunatis sunt egritudines
terminales ad bonum. cum contrarijs vero con-
trane scilicet ad malum. et ideo cautus et perfectus

medicus secundum doctrinam hypocras. aspicere debet
primam lunam et quando est plena luminis.
quia tunc crescunt humores in hominibus et me-
dulle. et fit incrementum in mari et in omnibus
rebus mundanis. Quando igitur infirmus in-
lectum cadit. necesse est videre vtrum luna tunc
creat de combustione. tunc enim crescit infirmi-
tas quousque veniat ad oppositiōis gradum scilicet in
plenilunio. et tunc si fuerit cum malo planeta aut
in malo signo et aspexerit diuinitatem domus mortis
qui est signum octauum. id est si aspexerit mar-
tem qui dicitur dominus signi scorpionis. tunc
de morte timendum est. Si vero fuerit cum bo-
no planeta et in bona domo siue signo et aspe-
xerit diuinitatem domus vite scilicet martem. qui est do-
mus anetis siue primi signi. de vita tunc spe-
randum est. et de alijs videndum est. vt patet in li-
bro hypocras. quem dicitur composuisse de iudicijs in-
firmis secundum lunam.

Habet autem luna quasdam pro-
prietates minus laudabiles tam
secundum substantiam quam secundum effectum
habet enim substantialem obscu-
ritatem cum non habeat sicut alij planetae lumen
a seipsa. habet enim maximam instabilitatem
quia nullum sydus ita euagatur per omnes
zodiaci sicut luna. contrahit etiam a malis
stellis et nocuis nocibilitatem. Nam vt di-
cit ptholo. Luna est planeta cum malis mali-
uolis. luna insuper per suam oppositionem
inter nos et solem auferit a nobis solaris lumi-
nis claritatem. luna etiam quando incidit in
vmbraem terre. perdit lumen suum et suam ostē-
dit deformitatem et defectibilitatem. Preter-
rea propter vicinitatem quam habet cum cras-
su aere et terra ab vmbra terre vel ab infecto-
dere contrahit maculam et deformitatem. vt
dicit marcianus. Luna etiam quanto plus re-
cipit de lumine versus terram. tanto minorem
versus celum obtinet claritatem. et quanto plus
proficit et crescit versus terram. tanto plus de-
crescit et deficit in lumine versus celum. Adul-
tiplicem etiam habet effectum malum. Nam
vt dicit ptholomeus. Luna efficit hominem in-
stabilem et mutabilem de loco ad locum dis-
currentem. Efficit etiam hominem in oculis ma-
le dispositum et inordinatum. Efficit etiam in
homine vnum oculum alterum maiorem aut facit stra-
bonem siue orbem vno oculo. et subdit. Homo
iuxta complexionem in qua lunaris constellatione
diuinitatem habuit vicio in oculo non carebit. et
forsan accidit propter accessum lunaris humidi-
tatis oculo humores ad aliquam partem qualita-
tem disponētis. Dicit etiam in li. mischalach. c. v.

De celo et mundo

Eclipsis lune magis in hieme si fuerit in signis frigidus excessus significat frigiditatem et nimiam obstructionem in terra et in aere et in aquis. Si fuerit in signis aëneis/nimiam præfagit abundantiam pluuiaz. Si vero in signis aereis/periculum tempestatum pretendit/et ventorum ruinam. Dicit ptholo. et albumasar quod luna exis in secundo signo post ascendens/merozem designat tristitiam et ablationem substantie p fures et predones. similiter in quarto/in quarto et in octavo iram, anxietatem et fugam et mutabilitatem in ipso signat quod qui tunc ceperit repugnare/cito depouetur. In duodecimo autem impedimentum iram/duritiam et carcerem ex parte amicorum. In omnibus autem alijs domibus siue signis bonum efficit et pretendit maxime si planetis fuerit sociata. Secundum variam etatem lune mouentur menstruales humores in mulieribus et cerebella in animalibus et diuerse passione vi lunari in corporibus excitantur. vt patet in lunaticis. et caducis. Deinde de proprietatibus lune et aliorum planetarum dicta iam sufficiant.

Sunt autem due stelle que non sunt planetæ/sed tamen naturam et effectum videntur habere planetarum scilicet caput draconis et cauda. que mouentur cum firmamento et sequuntur cursum firmamenti. vnde a leone transeunt in cancrum et a cancro in geminos. et sic deinceps. Adnotatur autem in quolibet signo caput draconis. xvij. mensibus anno scilicet et dimidio. similiter et cauda. et in. xvij. annis complent cursum suum. et si caput est in aliquo signo/semper in signo opposito erit cauda. et venter in quarto. vt si caput est in cancro/venter erit in ariete et cauda in capricorno. et si caput fuerit in leone venter erit in tauro et cauda in aquario. et sic de alijs. et ideo propter aspectum oppositum cauda totaliter est venenosa. Dabet autem caput exaltationem suam in tribus gradibus geminorum/casum vero in sagittario gradibus totidem. econuerso autem cauda habet exaltationem suam in tribus gradibus sagittarii/et cadit in tribus gradibus geminorum. Est autem hic aduertendum quod quando luna coniungitur soli capiti vel cauda existente prope gradum coniunctionis a. xij. gradibus vel infra semper est eclipsis futura maior vel minor secundum quod caput vel cauda magis vel minus accedit ad gradum coniunctionis. et hoc potissime locus in eclipsi solis. Eodem modo de eclipsi lune hoc tenendum est. quia si luna conuenit cum cauda in aliquo signo et sol fuerit cum capite in signo opposito/erit eclipsis lune. et

econuerso si sol fuerit in aliquo signo cum cauda et luna in signo opposito cum capite/erit iterum eclipsis lune. et si in eodem gradu conuenit/erit eclipsis generalis. vnde semper oportet quod coniungantur vel in capite vel in cauda in eodem gradu siue prope. xij. gradibus vel infra si debet esse eclipsis. vnde coniunctio debet fieri solis et lune quo ad idem signum. eundem gradum idem minutum. et idem secundum. In oppositione vero contrarium signum semper erit secundum eundem gradum et idem minutum et idem secundum. Et hoc apparet quod quauis luna iungatur singulis mensibus soli et accendatur/non tamen semper eclipsim facit. quia non semper in linea eclipsica se coniungunt. quia non semper accedit luna in communicatione in eodem gradu. nec etiam semper caput vel cauda in coniunctione vel oppositione solis et lune se coniungunt.

Cometa est stella quedam flammis circumdata (vt dicit beda) repente nascens. regit permutationem que aut pestilentiam aut bella vel ventos/sive estus signat siue pretendit. Comæ stelle aliquando videntur moueri motu planetarum. aliqui permanent immobiles sicut fixe. semper autem apparent (vt dicit beda) in parte determinata in celo. non enim vagantur per diuersas partes zodiaci sicut planete sed videntur esse in circulo lacteo siue galaxia et spergunt radios versus septentrionem nunquam versus occidentem vnde in parte occidentali non videtur. breui spacio solent apparere scilicet per octo dies. aliquando visa est. lxxx. diebus sicut dicit beda. Ex quibuscumque autem stellis nascitur cometa siue ex planetis siue ex fixis semper in firmamento apparet in parte septentrionali. vt dicit idem. Ex quo patet quod stella que apparuit in ortu christi non fuit cometa quia mouebatur ab oriente ad meridiem versus occasum quem non solet facere motum cometa. vt dicit Crisostomus.

Stelle a stando sunt dicere. quauis enim semper moueantur/semper tamen stare videtur (vt dicit Philodorus) Dicuntur et sidera a considerando dicta. eo quod in eis vie mathematicorum consideratione multa iudicantur et preuidentur. Dicuntur etiam astra ab austros vel a nostros nuncupata. eo quod secundum opinionem aliquorum stellarum corpora in sphaera firmamenti sicut clauis in rote circumferentia sunt confixa. et hoc quidem nomen est quo ad aliam (qua et maxime quo ad maiora)

vt dicit Iſi. Scdm alfraganū stella est aggregatio luminis in orbe. vel stella est lux aggregata in suo orbe. vñ scdm q̄ maior est aggregatio luminis in substantia stellati corporis / tanto maioris est q̄ntitas / pulchrioris claritatis / et amplioris p̄tatis et virtutis. Vocantur autem ab eodem stelle siue sydera lucis vehicula. eo q̄ sunt luminosa corpora / solaciū q̄ nocturnas tenebras mortalibus deferentia / mūdi superficiem decorantia. solis lucem a quo recipiunt lumē put possunt suppletia / emissione radioꝝ p̄tinua aerem depurantia quoz virtute auferitur a mundo inferiori pestilentie corruptela. stellarum etiam virtute p̄caliant et ad p̄cordiam reuocant sibi inuicē p̄traria elementa coz sempiterno fulgore illustrant oīa. suo calore saluant et refouent vniuersa. Nā scdm platonicos. vt dicit beda. stelle albe ignee sūt nature. Celus em̄ cū suo ornatu esse natura igneum multi antiqui posuerūt. Aristo. autē et alij p̄bi qui ponunt celum esse elementū vñ et natura et p̄prietate ab elementis q̄tuor discretum dicunt stellas nō esse frigidās nec calidas substantialē seu subiectiue. sicut nec ipsum celum s̄ tantū nō sunt calide effectiue. Adom cū suo p̄tinuo et sempiterno inflāmant illud sup qd̄ mouent. et sic in istis inferioribus habent inducere calorem vel algorem. radioꝝ vero mobilitate et p̄fractione in superfie obiecti corporis habent inducere vim caloris. Sed vñ sint stelle / certum est q̄ sunt scdm naturā purissime et simplicis nature ac incorrupte. quo ad formam etiam sunt lucidissime et quo ad figuram spence et rotunde. quo ad substantiam solide nō porose. quo ad superficiem plane / nullatenus asperē vel angulose. quo ad situm sunt altissime / quo ad motum velocissime / quo ad q̄ntitatem sunt maxime q̄uis p̄pter situm distantiam videantur esse parue. quo ad numerositatem innumere. illi em̄ soli qui stellas numerat sunt finite. quo ad potestatem et effectum stelle sunt magis inter corpora virtuose. Nam stelle sunt inferiorum generatiue / imitatiue / cōseruatiue / radioꝝ suozum emissionē / tenebrarū noctis illuminatiue / scdm cursus in suis orbibus vniformiter cōpletiue in solis presentia quo recipiūt lumen sui sunt occultatiue. in suo ortu et occasu sunt aeris multipliciter imitatiue. quia nunc tempestates conatant / nunc serenitates generant et p̄curant. vt dicit beda. coloris variatione / et radioꝝ scintillatione / nunc tristitiam. nunc letorum euentum secundum mathematicos sunt pronuntiatice. Sunt etiam nauigantibus p̄spere et ipsarū

viaum in medio maris directiue vbi stelle vicinūs sunt conuicte / maioris luminis et pulchrioris sunt expressiue. vt patet in plyadibus et sydenbus galaxie. et quāuis tantam ostendant pulchritudinem ex quadam vicinitate / quia pariter sunt conuicte et lucidissime in cōmuni appareāt singulariter considerate / tamē per se non apparent singulariter ita pulchre. et huius ratio est vt dicit marciānus. quia excedens fulgur vnius per quandam resurgentiā alterius insufficientiam ex se reparat atq̄ finit. Unde quod vni deest / ex quadam defecibilitate alia supplet que magis excelsit in claritate. Item stelle p̄pter situm sue distantiam sunt hominibus dispariter sue magnitudinis ostensiue. Nam vt dicit albumasar. quāto sūt cernitibus capitis nostri magis vicine / tāto semp videntur esse minoris quantitatis et offeruntur nostris aspectibus minus parue. et eōuerso quāto plus elongantur in suo ortu a nostro habitabili seu in occasu / tanto nostris oculis videntur generaliter esse magis magne. et etiā maiores videntur esse in quantitate in occasu q̄ in ortu (vt dicit beda) Tunc autē aliquid d̄ sup esse cernitibus capitis nostri / quando directe videtur esse super caput nostrum. cernitibus autem dicitur recta positio super caput nostrum cuius forte ratio est vt idem dicit. quia vapores de terra ascendentes rectitudinē radioꝝ ad oculos perfecte venire non permittunt. et ideo oculus decipitur in huiusmodi aspectu. quia quod arcūfulsus est in aere a solari radio estimat oculus cōprehendere in seipso. Sed sicut dicit agasel. talis visus decipitur / sicut quando fulgor candele a sano oculo sine obstaculo conspicitur. sed a lippiente sine arcus celestis imagine non videtur et putat deceptus oculus omnino in alio videre. s. in lumine visio quod tamen in altero nō est / sed in ipso potius. Idē dicit auicēn. in. c. de obscuritate visus / quere supra de visu. Item stelle sunt scdm marciānum in suis arcibus armoniace processive. Omnes em̄ toni musici concentus inter sydera inuicuntur / sed grauitas inferiorum dissonam reddit melodiam superiorum siue mediorum et eōuerso. superiorum acuitas destruit sonum grauiorum inferiorum sicut d. martianus. Item scdm aristotelem in libro de celo et mundo. Stelle sunt ex materia corporis celi in quo posite sunt atq̄ fixe / et ideo naturaliter sūt splendide. sicut et celum in quo reuoluuntur. vnde omnes stelle habent lumen proprium p̄ter lunam. sed quibus stelle sint ex se lumine / ad p̄sumationem in sue luminositate

De celo et mundo.

ab ipso sole. Item stelle sunt sue virtutis et luminositatis sibi inuicem communicatiue. vna enim auget claritatem alterius. et bonitas vni fortificat bonitatem alterius. sicut dicitur in libro de coniunctionibus planetarum. Item stelle propriis circulis et sedibus sunt contente. et ideo si circuli vnius interfecando aliquando subiungat circuli alterius. propter hoc proprias sedes stelle non deserunt. nec sunt alijs per quas transeunt impeditiue vel iniurie inuicem illatiue. Item stelle quedam vt dicitur in *Aldebaria*. celerius oriente/celerius occidunt. quedam vero tardius oriente/celerius occasum petunt. quedam autem pariter oriuntur. et tamen non simul occubere cognoscuntur. Decem autem varietas ortus et occasus accidit ex dispari altitudine circuloꝝ in quibus oriuntur. vel ex eleuatione siue depressione dimarum in quibus occubere videntur. Nam secundum variam eleuationem vel depressionem corporis celestis varijs temporibus. vel oriuntur vel occubunt. Item stelle sunt temporum annorum scilicet mensium et dierum distinctiue et permutatiue. Nam sicut dicitur in libro de proprietatibus elementorum aristoteli. permutatio temporis non est nisi propter permutationem stellarum in signis diuersis super dimata septem. aut ex permutatione lune singulis mensibus. scilicet xxxviii. diebus. aut permutatione mercurij et veneris. in omnibus decem mensibus vel minus vno. aut ex permutatione solis in quolibet anno. aut ex permutatione martis in duobus annis. aut iouis in duodecim aut saturni in triginta. aut ex coniunctione et permutatione triplicitatis in triplicitatem inducentis. et quinquaginta annis aut propter permutationem stellarum fixarum orbis. permutantur autem in centum annis vno gradu. accidit autem magno permutatio omnibus in triginta sex milibus annis. et hic est annus magnus quod est vltimum omnium rerum. (vnde Aristoteles in libro eodem.) In libro autem ciceronis dicitur *Aldebaria*. Istius mundi anni finis est. cum stelle omnes/omniaque sidera ac planete a certo loco siue creationis ad eundem remeauerint. hoc autem et philosophi volunt post annorum. xv. milia peracta contingere. et quicquid autem super hoc dixerunt philosophi. hoc certitudinaliter tenendum est. quia nostrum non est diffinire quoniam vltimus finis erit hoc enim solus nouit temporum conditor qui momenta et tempora continet in sua potestate.

Polus (vt dicitur beda) est stella paruisima a qua tota pars celi superior sic est dicta. Duplex autem est polus scilicet ar-

cticus siue borealis qui nobis semper relucet et pollet. nobis autem nunquam occidit. quia super nos existit. vnde polus a polendo est dictus/quia continuo mundo pollet. Sed polus secundus dicitur antarcticus id est australis/polo arctico oppositus/qui nobis semper est invisibilis. Inter istos duos polos quasi inter duos mundi extremos vertices semper voluit firmamentum. hi duo poli nunquam mouentur circa lariter de suo loco tamen in spere circulo circumscribuntur. Axis autem a polo ad polum per medium centrum terre extenditur circa quam totius firmamenti impetu rapitur et mouetur. Dicitur autem axis non est materialis/sed potius linea quedam intellectualis/que a polo vsque ad polum recto diametro sicut linea a puncto vsque ad punctum est tracta circa quam tanquam circa mundi medium sempiternis rapidis voluitur firmamentum. **P**olus igitur est stella quo ad situm altissima quo ad motum velocissima/quo ad aspectum nostrum minima/ quamuis sit esse valde magna. quo ad effectum vtilissima. quia per ipsius situm discernuntur situs et termini aliorum syderum et celestium circuloꝝ. vnde de hac stella ab astrologo potissime intuetur. Est ergo stella illa breuissimi circuli descriptiua propter nimiam elongationem et distantiam a nostro situ est sue magnitudinis occultatiua. propter situs sui immobilitatem est hominum ipsam aspicientium maxime certificatiua. et ideo vocatur stella maris/quia nauigantium et sciam nauigale seu naturale habitum in mari est directiua. ratione sui situs medij totius celi est ostensiua per gyrum arturi sibi propinquum ab alijs stellis est distinctiua/a cuius vicinitate polus arcticus est vocata. vt dicit Beda.

Arturus est signum a septem stellis in axe in se reuolutis constitutum (vt dicitur Isidorus.) Darum septem stellarum circulus quia in modum plaustrum vertitur/lati in eum septentrionem vocauerunt. Septentriones autem non occidere axis vicinitas facit eo quod stelle iste axi et polo stelle altissime sunt vicine. Dicitur autem idem circulus arctophilax/co quod areton id est ylecten vrsam sequitur. Eundem boetius antiqui dixerunt/co quod plastro beret. quod est signum spectabile multis stellis inter quas est arturus quod est proprie sidus per caudam maioris vrsae positum. vnde ab hac stella tota constellatio illa arturus est vocata vt dicit Isidorus. et mento dicitur arturus ab artando dicitur. quia ex prima illa parte surgit frigus propter elongationem a calore solis

frigore vero poli terre artuantur et constringuntur. Apparent autem septem stelle radiose ru-tilantis forme quam quatuor anteriores in modum quadranguli alterius lateribus ordinantur. tres vero sequentes in modum semicirculi disponuntur. Locantur autem sub polo circa axem unde semper circueunt poli tanquam centrum. ut dicit Gregorius) semper ille stelle vertuntur circa axem sicut vrsa circa stipitem. et ideo ille circulus maior vrsa vocatur ut dicit Macro. semper vertitur et nunquam ad ima demergitur ut dicit Grego. quando tres stellas elevat. quatuor ad ima dedinat. et e converso cum quatuor sursum erigit tres ad ima deprimit et demergit ut dicit Gregori. Inter omnes circulos superiores circulus arturi est altior. quia polo vicinior. hominum aspectibus maxime se offert. nunquam est hora noctis quin videri possit. nisi forsitan eius aspectus nebulis vel nubibus intercipiatur. Inter medias stellas arto draco admodum fulminis elabitur. ut dicit Martianus. Hiemali tempore in ortu suo maxime rutilat quadam scintillarum irradiatione fortem aque et terre congelationem prenuunciat. ut dicit Martianus

O Orion est astrum tempore hiemali exortum. aquarum et tempestatum excitativum. Est autem orion nubilosus ventorum et tempestatum generativus. Et est orion ab ortu et mundatione aquarum orion dicitur. (ut dicit Isid.) In suo autem ortu tempestates generat et aerem immutat admodum armati pedes et brachia extendentis disponitur. et fere per latitudinem trium signorum eius extenditur longitudo ut dicit Martianus maxime fulget in signo tauri. ut dicit idem. Est autem constellatio maxime notabilis et ratione magnitudinis ac pulchritudinis et etiam ratione dispositionis et virtutis. ab arietem enim usque ad geminos se extendit (ut dicit martianus). totam etiam illorum trium signorum superficiem fulgoris sui pulchritudine clarioribus reddit. ut dicit idem. gladiati militis et accincti in stillarum ordine procedit. de quo dicit Macro. Armatus etiam flagrans splendebat in armis. et splendor tamen orionis ut dicit idem signus est future serenitatis. sicut e converso eius obscuritas future est presagium tempestatis sole existente in signis orionis in tauro et in geminis omnia germinant et oriuntur. que nutrimentum recipiunt ex aquis et aere et ex terra. ut dicit idem. Constellationem orionis sequitur quedam stella que dicitur canicula que ab astrologis mali uola dicitur et nociva. que secun-

dum fabulas eius canis fingitur fuisse ut dicit idem. non tamen est hec canicula illa nociva que oritur in leone. a qua dies canicularis a phisicis nuncupatur. sicut dicit Galienus Orion ergo in ortu suo primo tempestatem pronosticat. sed post serenitatem solito operatur ad terre fecunditates. Sole existente in tauro quasi se abscondit sub radijs solis. nec tunc suam manifestat inferioribus claritatem. Oriuntur autem iterum in iulio quando sol ascendit de geminis ad circulos ulteriores. quando terra maximam patitur distemperantiam aeri. quo ad calidam qualitatem. (ut dicit Macrobianus.

H yades que et sicule dicuntur sunt quedam stelle pluviales in quorum ortu pluvie multiplicantur. ut dicit Isidorus. Nam tunc temporis vapores a mari et a terra per caloris solaris violentiam fortius ad superiora attrahuntur. qui motu hiadum in pluvias resolvuntur. Et ideo ille stelle dicuntur hyades id est sicule. quia attrahendo humores et resolvendo eos transisse aquas a fabulis confinguntur. (ut dicit yginus.) Dabunt autem he stelle situm suum in fronte tauri. ut dicit Macrobianus. et cum dies extenditur et sol feruentior ascenderit. tunc hyades primo solent apparere ut dicit Gregorius super iob. x. quando a saturno impelluntur. diuersas generant tempestates. (ut dicit Beda.) In hyadum ortu fruges uberius crescunt. quia tunc a pluvijs irrigantur. Plures habet hyadum constellatio stellas clarissimas per gradus ordinatas. que oriuntur in. xvi. gradu tauri et turbant aerem in ortu suo. (ut dicit albumasar.

H yades sunt septem stelle a pluralitate dicere que sibi sunt vicine ab invicem tamen sunt distincte. ut dicit Gregorius. hiemali tempore oriuntur. quanto autem aura serenior est et frigidior. tanto melius ab alijs discernuntur. vna enim inter septem latere videtur qui nec ex toto se manifestat. nec ex toto se occultat. inter genua tauri habent situm. (ut dicit Isidorus.) Sol in mense iunio per hyades iter facit. et tunc aeris caliditas vernalibus pluvijs temperatur. et terra tunc temporis floribus pulchritudine adornatur. (ut dicit marci.) hac de causa dicitur iuno amasse maiam. quia fingitur fuisse vna de hyadibus et fuit in mercurij secundum figmentum poetarum ut dicit marcia. secundum albumasar autem oriuntur hyades in. xvi. gradu tauri cum hiadibus. et motu suo turbant aerem.

De celo et mundo.

Canicula est stella quedam ferrenissima que oritur secundum Albumasar in. xxiij. gradu cancri. i. cuius ortu magna fit aeris perturbatio. ab hec stella dicuntur dies caniculares in quibus sanguinem minuere vel medicinam laxatiuam accipere est summe periculosum propter excessum distemperantie aeris in calore. (vnde bypo. in amphorif. ante canem et post canem et sub cane moleste sunt farmacie. et ibi dicitur in commento quod ante ortum illius stelle et in ortu et post ortum statim periculosum est dare potionem laxatiuam. quia tunc est aer calidus et siccus scilicet a calido signo et a calida stella et a sole tunc in leone cum canicula existente. vnde ex modica medicina corpus fieret nimis calidum et siccum et febris forsitan sequeretur. medicina etiam euaporaret et nimis operaretur/ cum corporis pori tunc ex calore aeris sunt aperti. Dicit enim ibidem galienus. Calor extraneus vires extrahit medicine. vnde aqua calida repugnat solutioni si calor aeris tunc est fortis. Preterea virtus interior tunc est debilis et per potionem vel minutionem plus debilitatur. Durant autem dies caniculares a xv. calendis augusti vsque ad nonas septembris et sic sunt dies quinquaginta sicut ibi dicitur

Lux (vt dicit basilus) est species per omnia sibi ipsi similis. De luce autem quid sit secundum rem verum scilicet sit substantia vel accidens diuersimode loquuntur auctores. Nam arif. dicit lumen non esse corpus nec a corpore defluxum. Damas. etiam dicit lumen propriam bipostasim/ id est substantiam non habere. Secundum autem beatum augustinum super gene. ad litteram. Lux est substantia corporea summe simplex in genere corporum summe multiplex/ in efficacia summe mobilis et absolute penetrationis/ et minime resistentie et summe disparia et contraria generans et coelians. summe conuertibilis. omnis naturalis motionis principium et origo/ summe perfectibilis/ summe iocunda/ summe comunicabilis. Quia luce in corporibus nihil est vtilius/ nihil communius/ nihil pulchrius/ nihil velocius/ nihil subtilius/ nihil impassibilius/ nihil virtuosius/ inuenitur. Est autem differentia inter lucem et lumen. Nam lumen est quidam defluxus a luce sicut irradiatio defluens a substantia lucis. Lux autem dicit ipsam fontalem substantiam super quam lumen innititur. si enim lux considerata in se esset accidens/ necessario et per se esset alicui accidens/ et per se causaretur

forma subiecti sui. vnde si lux in aere esset accidens causaretur lux a vera forma aeris/ quod esse non potest. Preterea lux mutat subiectum suum. quod patet quia lux naturaliter est in oriente. consequenter vero in occidente et lux orientalis generat proximam sibi. et ita deinceps vsque ad occidentem. accidens enim non permutat suum subiectum/ nec extra illud agit. ex quo videtur quod lux non sit accidens. Preterea si esset accidens aeris/ necessario moueretur aer subito ab oriente in occidentem secundum subiectum motum lucis. si autem moueri subito non contingit aeri nec alicui elemento. Preterea luce nihil est nobilius accidens autem est ignobilius substantia. ex quo videtur quod lux non sit accidens cum aer longe sit ignobilior ipsa luce. sed si lux est corpus/ difficile est intelligere qualiter lux sit in aere vel cum aliquo corpore diaphano. vt in crystallo/ cum duo corpora non possunt esse simul in eodem loco. Nec est tamen inconueniens nec impossibile ponere lucem esse substantiam corpoream et esse simul cum alio corpore. videmus enim aquam et cinerem pariter iungi et misceri salua vtriusque corporeitate et localitate vtriusque superficiem ab alio distinguente. et vtriusque partes infra propriam superficiem continuante. quantumcumque enim simul immisceantur cinis et aqua. permanet tamen aqua in sua corporeitate per partium suarum coherentiam et continuitatem et cinis in sua. nec propter istam commixtionem et unionem simul sunt duo corpora in vno loco immo aqua habet suum locum proprium et cinis suum/ sic lux potest esse in aere vel in quolibet alio corpore salua vtriusque corporeitate et suarum partium substantialium continuitate. vnde et lux subintrans ad interiora aeris vel crystalli habet suum locum ipsius superficiem ambientez/ et a substantia adiuncti sibi corporis distinguente/ quamuis non possit propter simplicitatem sue substantie sensu percipi vel videri immo quod mirabilius est multe luces pariter concurrentes impermixte. et tamen vnite coniunguntur salua cuiuslibet substantiali forma qua ab alia differt. nec est vlla illarum respectu alterius materialis vel formalis. sicut manifeste docet et dicit dionysius in libro de diuino. cuius hec sunt verba. Lumina (inquit). lampadarum cum sint in domo vna tota inuicem totis sunt communia/ tamen habent a se inuicem discretionem vnica discretionis et vnitate discreta. videmus namque vnum lumen multis accessis lampadibus et iuxta omnes lampadas

luminaria vnam claritatem indiscrete relucētē. nec poterit q̄s (vt arbitror) aliq̄d eorū ab alijs et aere continente cetera dum simul ibi sunt sequestrare aut alterū siue altero cernere. totis inconfuse inuicem cōtēpati s. subducta autē vna simul et p̄prium lumen recedet nihil se cum ceterorū luminū auferens. aut de suo aliquid eis relinquens. Erat enim omnium vt dictum est p̄fecta vnitas vniuersaliter p̄mixta. et nulla p̄te cōfusa. que si tanta est i hoc corporali aere et materiali lumine. etc. (vult q̄s dionysius.) quib⁹ verbis manifeste docet luminaria simul vni. salua tamen cuiuslibet p̄prietate substantiali et accidentali/ quas deferunt se cum siue accedendo siue recedendo. Lux itaq̄ sc̄dm dionysium. est substantia in se sistentis a quo p̄cedit irradiatio quedā et illuminatio corporū aliorū. semper enim lucet lux in se/ et tamen non semp illuminat/ sed solū quando inuenit corpus habens materiā dispositā et aptam ad illuminationē. vt dicit augustinus. Substantia enī celorū est vere lux/ que in corporib⁹ obtinet primū locum/ et tñ celū nō illuminat in tenebris vel in nocte. semp ergo lux lucet inuisibiliter et in tenebris/ sed non semp illuminat visibiliter. vnde virtutē lucis sentit et percipit omnis creatura. Inuisibiliter enim operatur virtus lucis sensum et motum in animalibus vt dicitur in lib. fontis vite. Dicit etiā albus in li. de iudicijs astroꝝ hipocrates docuisse q̄ nisi stellaz lux de nocte subtiliaret densitatez aeris/ destrueret omne corp⁹ animatum. et tamen certum est lucē stellaz de nocte sepi⁹ non videri. Impressio enī et opatio lucis ē manifesta. in mari q̄s fluit et refluit p̄ applicationē lune ad aliquē situm siue illuminet aerez siue non. in visceribus etiā terre vbi nō attingit lumen virtus lucis opatur. vt p̄ in mineralib⁹ et rebus alijs ibidem generatis. Et breuiter p̄sentia lucis necessaria est in omni corpore mixto. p̄ quā p̄trata in elementis vniant. Lux itaq̄ a summo celo empyreo vsq̄ ad centrum mundi est diffusa. que in sua substantia vna est et radice simplex. variata tamē sc̄dm diuersitatē recipientiū siue solis siue aliorū corporū superiorū vel inferiorū. vbi est vera substantia virtus et operatio lucis/ licet nō luminositas. hec est primogenita lux que creata fuit die prima. vt dicitur Basilus/ que solari corpori et ceteris celestibus quarta die factis supfertur. vnde sol et cetera sidera sunt primarij luminis vehicula/ que propter susceptionē lucis incorporalis sufficiunt sine sue substantie deperditione ad illuminationē perpetuam et perben-

nem. vnde ista lux vbiq̄ attingit. et omnia corpora sc̄dm magis et minus disponit et perficit. Lux igitur est radix et fundamentū. q̄ omnis illuminationis vna est in substantia que non continetur accidentaliter ab aliquo corpore inferiori. sed magis continet omnia corpora respectu quorū penitus formalis est/ licet i se sit materialis et situalis. Et ideo lux cū sit materialis/ habet potentialiter partem extra partem. quia vero formalis et habet actu partem extra partem. quia quod habet materia in potentia/ hoc habet forma in effectu. Et quo manifestum est q̄ cum lux in genere corporū minimum habet de materia et maximum de forma/ vicinior est forme q̄ materie. et ideo ratione materie est in minimo sc̄z in puncto. ratione vero forme est in omni loco. Nam vnumquodq̄ habet ita moueri ad locū sicut ad formam suam. vt dicit Aristoteles. quia forma quanto est nobilior/ tanto materiam suam plus extendit vt ait Augustinus. propter quod forma lucis q̄ est nobilissima in genere formarū corporalium/ maxime materiam suam distendit. et iō vnus punctus luminis siue lucis sufficeret ex se ad illuminationem vniuersi orbis propter materie sue nobilitatem/ et forme summe actualitatem. (vt dicit augustinus. Vna igitur est lux simplex et vniuersalis in sua essentia quāuis diuersa sint luminaria. que inter se sūt distincta quamuis videantur in vno actu vni/ formiter aggregata. nec vnū lumen intrat substantiam alterius. quamuis sensibiliter tanq̄ vnum lumen vni videantur. Non est ergo inconueniens ponere duo corpora simul eē quorū vnum est subtile et formale et quasi complementum respectu alterius. reliquū autem est materiale et imperfectum. Duo vero corpora glorificata in eodem esse nō possunt. quia neutrum respectu alterius materiale potest eē in aliquo vel formale. sed glorificatum et nō glorificatum simul esse possunt sine aliquo inconuenienti. sicut expressit dicit Augustinus. Lux enim vt dicit Basilus maxime est mobilis. incessanter enim mouet se et gignit lineariter et circumferentialiter in omnem partem se mouendo et diffundendo/ vnde quantum ē de se subito mouetur. Lux enim est summe actiua et siue resistentia ad intima cuiusq̄ rei penetrantia. diuersorum et disparium generatua. et contrariorum in elementis et corporibus mixtis in concordiam et vnitatem reducatua. radiorū suorum proiectione/ directione/ intersectione/ p̄tractione/ et reflectione. omniū in esse p̄ductiua. in esse cōseruantua. vel ab eē

dissolutiva. (vt dicit Calcidius sup thimeu.
 vite et permanentie cuiuslibet rei regitua est
 lux et directiua. suuipius naturaliter multipli-
 catura. Lux enim multiplicat se gignendo. gi-
 gnit naq; lux lucē/et lux genita simul gignit
 generat lucē sibi succedente. et sic in vno istan-
 ti vnus punctus replet lumine totū orbē. Tres
 lux est sui et alioꝝ manifestatiua. colorū per sui
 incorporationē in superficie humidi perspicui
 effectiua. (sicut d. Augu.) Lux tenebras expel-
 lit/merozesq; dissoluit/insidias prodir/secu-
 ritatē parat/omnem speciem letam iocundāq; i-
 duat. rebus omnib; formā et decorē tribuit
 inducit. qz sine luce oīa corpora occulta rema-
 nent et ignota. Aufer (inquit damas.) lucez
 omnia incognita in tenebris pmanebūt Lux
 igitur secundū Ambro. et etiā scdm basilium ē
 pulchritudo omnis visibilis creature/cuius gra-
 tia maxima ē in aspectu que cetera mūdi mē-
 bra laudibus facit digna. Hec vt. d. basilus
 eadem est angeloz et sanctorū supra celum qui-
 tissima habitatio. hec summe trinitatis p ex-
 emplum est demonstratio manifesta. hec lux
 sine diminutione sui est luminositas multi-
 plicatiua et diffusiua. que in superficie vmbrosi
 corporis recepta/nō se profundat quātuꝝ ad
 visibilem speciem/sed quo ad virtutē. (vt d. Isi.
 Adulas alias pprietates bz lux laude dig-
 gnas quo ad suā substantiā/virtutē et opati-
 onē. cuius substantia nihil inuenit purius. vn-
 de transiens p sordes/nō sordescit/cuius vir-
 tute nihil est actualius. cuius opatione nihil
 vtilius in corporebus expentur.

Splendor est quidā defluxus exiens
 a substantia lucis que egredit a luce
 sine alterius nature cōiunctione. lucis
 a quo exit/ē coeuius in duratione. vt. d. Augu-
 sti. q̄tato est ignis/tā cito est splendor. vnde si
 ignis esset eternus et splendor esset eternus. exit
 etiā splendor a luce sine lucis diminutione/
 sine puritatis lucis cōtamine sine discōtinua-
 tione. cum sui et alioꝝ manifestatione. cuius sui
 multiplicatione. vt dicit Basilus.

Lumen differt a luce sicut spēs a ge-
 nere. omne enī lumē lux est sed nō est
 conuerso nō omnis lux est lumē. Nā
 lumen est defluxus quidā a substantia lucis
 in aere siue in alio diaphono corpore receptus
 et vndiq; arcūsusus. Triplex autē est lumē vt. d.
 auctoz pspectiue. scz reflectū/fractū/et directū
 Reflexum sicut a speculo et alijs politis cor-
 poribus/que reijciunt lumē a se receptum. ali-

ud est lumen fractum/sicut quando lumen ve-
 nit ad corpus densum aliquantulum qd non
 est omnino densum vel durum. sed recipit lu-
 men in se. sed ppter materiam non oīno obe-
 dientem lumen illud nō tenet rectum incessus
 sed distat et diuertit ab incessu recto. et vocat
 fractio radij. Tertium lumen est directum qd
 nō repellit neq; inuenit materiam aliquo mo-
 do inobedientem et transit libere. et facit opa-
 tiones perfectas. Illud lumē est aeris et alioꝝ
 corporoz transparentium perfectiūum /de-
 coratiūum /formaz et figurarum declaratiūuz
 ocolorū lenificatiūū /oculis lippis et infirmis
 est lumen odiosum et molestie illatiūum. bo-
 minum a somno corpore et ocio excitatiūum
 formarum et speciez in superficie speculi vel
 politi corporis impressiūum. Nam lumen ad
 superficiem polite materie pertingens angu-
 lis equalibus se reflectit et omnium obiectoz
 formas ibi imprimit. vnde quod extra est per
 substantiam/in superficie speculi collocat per
 imaginē et figurā. Lumen est etiam scdm di-
 spositionem materie quā sub intrat imutatio-
 nis susceptiūum. Nam eius claritas intendit
 in materia perspicua/atq; pura et remittit in
 seculenta materia et obscura. In materia enī
 diaphana obstaculum non inuenit. ideo per
 eam irradians/proprios fulgores exprimit et
 ostendit. (vt dicit Dionysius.) et quanto per-
 fectius illi perfunditur/tanto latius ex ea re-
 fusa ad alia denatur. accedens autē ad gros-
 siozem materiam illis obscuriorem habet di-
 stributiūam apertionem. sicut enim cum mate-
 rie crasse infunditur/capitur imperfecte et to-
 tum se effundit extrinsecus apparetq; obscure
 vnde materie crassities impedit ne illumina-
 tio recepta distribuatur. In purioribus igit
 substantijs perfectius apparet et augmenta-
 tur. in grossioribus minorat. Ex quo patet q
 a purissimis et subtilissimis materijs lumen
 perfecte comprehenditur. a compactis vero et
 obtusis repulsam pati inuenitur.

Radius est quidam luminosus a
 corpore lucido defluxus/quo me-
 diante lux vel lumen suam pficit
 actionem. (vt dicit basilus.) Ra-
 dius autem alius est perpendicularis et rectus
 qui a corpore luminoso emissus /recto et line-
 ari motu sine disgressione aliqua perit centū
 Alius est collateralis et confractus /qui a cor-
 pore luminoso exiens et aliquod diaphonū
 inueniens/non recte pcedit sed obliquat mo-
 tū suū. et obliquatio ista vocat radij pfractio

Alius vero est reflexus qui quidem a suo principio recte vel oblique progreditur, sed a corpore obiecto repellitur et reperturur, et talis repercussio radij flexio nuncupatur vt dicit auctor perspectivae. Radius itaque luminosus est mobilis et agilis spiritus / et orbicularis / & se recusat, maxime si fuerit perpendicularis. Contingit autem radium frangi et obliquari & quod ad partem oppositam projici secundum dispositionem materie quam inuenit, vel quam tangit. Sic radius in nube concava et humida interclusus, diuersas operas in nube vel in aere formas / colores / & figuras, vt patet in coloribus arcibus celestibus, qui nihil aliud est vel esse dicitur, nisi sub intratio radij in nubem concavam & aquosam, vt dicitur in libro meteororum. Et subito semper motu radij et continuo contingit aerem circumfusum igniri et inflammari, maxime cum concurrerint in loco concractionis. Nam radij ibi coadunati mutuo conculantur. Et ista est causa quare aer circumfusus sepius inflammatur, vt patet in cristallo & benillo et cuius oppositione contra solares radios stuppa apposta accenditur et ignitur.

Umbra est obiectio corporis tenebrosi et opaci ad lucem vel lumen siue ad corpus luminosum. Et est umbra triplex secundum physicam considerationem contingit quod corpus luminosum sit rotundum et aliquando est maius quam corpus obiectum / aliquando equale / aliquando minus, si equale / facit umbram equalem et rotundam, & talis umbra dicitur cheloides / id est equaliter rotundum, si minus sit obstaculo, facit umbram tendentem in latum, admodum callant, talis umbra dicitur cataloides. Si vero corpus luminosum maius sit corpore obiecto, facit umbram tendentem in acutum et in conum, et talis umbra dicitur conoides. Ex quo patet quod cum sol sit maior tota terra ipsa terra facit umbram conoidem. Contingente igitur quod terra sit opposita soli que assignato modo ita alte dirigit umbram quod lunam attingit et eam inficit / eclipsim lune facit, sed ex quo sol tumorem spere praeterit iste conus transit et declinat in partem oppositam, et tunc luna libere apparet et illuminatur. Cum vero luna directe sit opposita soli / luna facit umbram cataloidem, et ideo umbram contra terram dirigit et eclipsim particularem facit, quia talis umbra non sufficit tegere totam terram cum a radijs solis in quibusdam partibus illuminet et ex tali umbra accidit eclipsis in vno dimante alio illuminato existente sicut dicit albuma. Umbra vero caloris solaris est repressiva splendoris radiorum solarium occultatiua, sterilitatis et fecunditatis terre inductiua, serpentum amica / et coluborum nutritiua, estuantium & itinerantium refrigeratiua, maturitatis fructuum tardatiua, terrores vel timores et horrores multiplicis incussiuua, cum non sit corpus, speciei corpus est representatiua, corporum in motu & inquiete est suuipius configuratiua, nam motu corpore se mouet, et quiescente / requiescit, fugientium est insecutiua, et insequentium fugitiua, quanto etiam dies est longior et sol in celo stat altior / tanto obiecti corporis umbram videtur minor et conuerso, et tunc sole oriente videtur umbra maior, similiter et in occasu quod in meridie.

Tenebra est lucis absentia, a tenendo dicitur, ligat enim et tenet oculos ne solem videant siue lucem, et sic nihil est nisi pura priuatio. Tenebra etiam dicitur aer obscurus vel umbra opaci corporis, vt dicitur basilius, & qualitate et situ luci contrariatur, motum incitat / colorum pulchritudinem tollit, verecundiam dirimit vel minuit, somnolentiam auerit.

¶ finit liber Octauus

De tempore

De proprietatibus temporis et eius partibus.

Zibernonus.

Questquam autem diximus de proprietatibus celi et eius partibus de quibus supra pagina facit mentionem dicendum est sub breui compendio de eius effectu. scilicet de motu et mensura motus. id est de proprietatibus temporis et partibus eius. Causatur autem motus primo et principaliter a uoluntate celi cuius motus primus est et sempiternus. ut dicitur in libro de celo et mundo. neque similis est motui inferiorum corporali et visibili siue mutabili causa tamen est motus inferioris. quia motus rerum inferiorum generabilium procedit ex incorporeali et uniformi motu orbium superiorum ut dicitur Aristotele ibidem. Motus autem est transitus a termino ad terminum contrarium. ut dicitur in libro primo eiusdem. Omne enim quod permutatur. de contrario mutatur in contrarium. Et sunt sex species. scilicet generatio/corruptio/alteratio/augmentum/diminutio/secundum locum mutatio. ut dicitur ibidem. motus uero per mutationis secundum situm alius reuolubilis et specicus/alius rectus/alius compositus. Reuolubilis autem non mutat locum secundum se totum sed secundum partes circulares. tamen quandoque mutat locum ut patet in motu planetarum. Rectus autem semper mutat locum quod dicitur est in actu autem mouetur a centro ad circumferentiam ut ignis et aer et bimodis leuia que feruntur sursum aut e converso mouetur deorsum. scilicet ad centrum. ut graua sicut aqua et terra. hic autem motus sex habet species. Est enim dexter/sinister/ante/retro/superior/inferior. Compositus uero motus est duobus modibus contrarius sicut motus ligni in quo accendit ignis. Motus in super hoc habet proprium quia ex uehementi motu generatur calor ut patet ex motu primi orbis ex cuius confirmatione et motu inflamatur ether ut dicitur Aristotele. et ex motu liquefit plumbum quod est in motu ut dicitur ibidem. motus. n. non potest mesurari. nisi secundum mensuram spatii in quo est motus. Omne autem quod mouetur aut mouetur proprietate sue nature sicut adamas mouetur ferri ex uirtute celesti. aut uolentia sicut ex forti impulsu uenti mouetur nauis. aut ex uoluntate sicut mouetur corpus. prout uult animus. Motus uero mutationis est duplex uel mutationis de loco ad locum aut per mutationis dispositionis ad dispositionem

De loco ad locum aut naturaliter/ aut per vim lapis enim qui ab alto dimittitur quanto magis descendit. tanto est eius motus magis impetuosus. unde intenditur motus in fine ipsius. quod uero mouetur per uolentiam fortior motus est in principio motus ipsius et quanto remotior est a suo principio tanto debilior erit motus ut patet in sagitta ab arca emissa. que tam a remotis potest proijci. quam in ultimo nihil penetrat neque ledit. motus itaque est generationis et omnis transmutationis inferiorum causatiuus. caloris et inflammationis inductiuus. tam aque quam aeris subtilatiuus. caloris naturalis confortatiuus. appetit exaratiuus medicine laxatiue ad mundificandum corpora alius corpus cooperatiuus. Unde dicitur Hypo. si uis celeberrimam ducere mouere corpus. Item si fuerit motus a centro ad circumferentiam erit materie extensiuus/diffusiuus et dilatiuus. Si uero fuerit e converso a circumferentia usque ad centrum erit aggregatiuus partium inspissatiuus et contractiuus. Item motus temperatus est nature aiatorum corporum preseruariuus. imoderatus uero est nature destructiuus.

Tempus est rerum mutabilium mensura ut dicitur Aristotele in libro de quatuor substantiis. uel tempus est numerus numerans in omni eo quod numeratur uel sicut dicitur Philo. tempus est dimensio rerum mutabilium secundum motum et moram que conuenit est in rebus mutabilibus. Et dicitur Augustinus. nihil est prius tempore. quia si omni possessione duo possunt simul haberi uel plura. sed duo momenta simul haberi non possunt. Unde tempus recipere non recipit. amissio. n. tempus irreuocabilis est. breue est tempus mutabile et instabile irreuocabile. Cum enim motu mobili incipit/ quo penitus deficiente tempus finit et ideo non erit in futuro sed cessabit/ quia nihil nisi eternitas erit ut dicitur Augustinus. Tempore nihil est compositum omnibus enim equaliter est conuenit. Tempore nihil labilius/ quia nunquam quiescat inmo quia incipit deficere incipit et decrescere et e converso/ quia presens finis est preteriti et motus principium est futuri. Omne enim tempus tribus uariis modis uariatur. scilicet in preteritum presens et futurum. Secundum rationem temporis et eius uariam successione semper est dies et nox ut dicitur Beda sed alibi dies alibi nox. tempore nihil incertius nihil imperceptibilius. quia ut dicitur Ipsi. tempus per se non dinoscitur/ sed solum per humanos actus. Item tempore nihil est alterabilis et ideo corpori nihil periculosius/ quia ut dicitur Hypo. mutationes temporum maxime generant morbos. subita enim mutatio frigiditatis in caliditatem corpora alterat et immutat et ideo

qz natura nō patitur repentinas mutationes
vt dicit Hypo. ideo subita mutatio temporis
frequēter est causa infirmitatis. Item modera
to tēpore 7 in suis qualitatibus temperato/ cor
pori nihil est salubrius. vñ dicitur in apbo.
temporib? moderatis si tempora temperaliter
se habuerint/ boni erūt status 7 maxime bone
determinationis sūt egredines. Item quū
tempus ita sit mutabile/ tamen tempore nihil
magis cōtinuū/ partes enim tps sunt cōtinue
Unde dicit Aldar. tempus qd in hyeme se ne
scit statim in vere reuiuiscit 7 eōuerso.

Annus vt dicit Jsi. est solis reuolu
tio vel anfractus cū pactis .ccclv.
diebus 7 quadrāte redit ad locuz
suū. Est autē annus dicitur eo q
mensibus in se remeantib? voluit. Unde an
nus dicitur ab an q est circū. qz quasi circulus
in se redit 7 renouat. vnde apud egyptios an
te litteras inuētas per pictū draconez/ cauda
insuam incidente 7 in se reuertētem signabat.
vt dicit Jsi. Sunt annorū diuersa genera. nā
est annus lunaris minor ano solari in .lx. die
bus. 7 est ann? solaris qui .xij. habet menses.
Singuli autē planete habent ānos suos in q
bus pficiūt cursum suū vt Aldar qui in duo
bus Jupiter in .xij. 7 saturnus in .xxx. Et ē an
nus magnus qui dicit mūdānus qñ oēs stel
le scdm Aristo. redibūt ad pprrium/ 7 primum
sue creatōis pūctum / 7 hic ann? scdm Aristo.
in .xxxvi. milibus annorū pficiet. sicut patet in
li. de ppuerantibus elemētorū. scdm platoicos
autē infra .xv. milia. pficiat annus iste sicut dicit
Aldar. in li. Lironis. Est autē annus vsual.
s. solaris quatuor tpm/ que quatuor tpa sūt.
s. tpus veniale estiuale autūnale 7 hyemale. 7
dicunt tpa eo q in suis qualitatibus mutuo
se tēpant vt dicit Jsi. dicunt autē annū eo q al
tema assiduitate curūt 7 nunq in eodez statu
pseuerant vt dicit idē Jsi. In his quatuor āni
tpib? occidūt duo solstitia i hyeme 7 estate duo
equenocia in vere 7 autūno. Solstitiū autē est
maxima equalitas diei 7 noctis / que accidit i
gressu solis in cancrū 7 capricornū. in cancrū
quantū ad solstitiū estiuale. in capricornū
q̄tum ad hyemale dicit solstitiū quasi solis
statio duplica de causa. vel qz sol in estate vel i
hyeme ppter longitudinē dierū aut noctium
videt stare in nostro emisperio vel inferiore vt
qz in vtroqz solstitio. quasi stat/ in estiuale non
potens plus accedere ad nos. in hyemali nō
potens plus a nro loco habituali elongari. Et
noctū est maxima equalitas diei artificialis 7
noctis que accidit in gressu solis in anetē siue

libram. Primū est veniale. Secundum autū
nale. In his quatuor tpm sūt quatuor ier
iunia que dicunt tridualia. Primū fit in pma
septimana quadragesime. i. in vere. Secundū
est estatis in septimana pērbecōstes. Tertium
est autūni infra quartā feriā septēbris. Quar
tū est hyemis qd fit septimana integra āte na
tūritatem dñi. Annus itaqz solaris est annus
cōis / 7 incipit a ianuario 7 terminat in decem
bri. et est spaciū quo voluit sol tricētes sex age
sies 7 quinquies in zodaico 7 quadrante idē
est sex horis que sūt quarta pars diei naturalis
Iste autē sex hore nō computant in anno cōi
sed colligunt in anno bissextili. Dicit autē bisse
xtus collectio .xvij. horarū emissarum in trib?
annis cū sex hore quarti āni ad perficiendum
vnū diem ex .xiiij. hore exanus additione di
citur ānus bissextilis vt dicit Beda. Et dicit
bissextilis qz semp eo anno quo accidit i febru
ano bis. vi. .lx. pñciamus. vel dicit bissextilis
ex bisse momentis collectis ex .xxxij. momentis
quibus sol morat in quolibet signo vltra .xxx.
dies 7 ex .xxx. mētib? recolligunt singulis an
nis sex hore que collecte p tres annos faciunt
in quarto anno diē bissextilē vt dicit Beda.
sed hoc quere in computo.

Annus lunaris quandoqz dicitur
spaciū quo luna reuoluit ab vno
pūcto zodiaci ad aliud punctum
qd continet secundū quosdam .xxij
dies 7 sex horas. Quādoqz dicitur annus lu
naris spaciū quo voluit coniūctione vsqz ad
coniūctionem vel ab illuminatione vsqz ad il
luminationem 7 tale spaciū superat primū
duobus diebus 7 .vi. hore. Dicitur autē luna
esse in vniu qñ ita directa est sub soie q nulla
ps superficialiter nos respiciens apparet illu
minata. tota vero ē illuminata qñ videtur ple
na post pūctionē/ itaqz luna recedit a sole 7
relinquit eū in aliquo pūcto zodiaci que reuer
tens ad idē pūctum/ nō inuenit eum ibi/ quia
iam pfcit in suo motu. Unde oportet eū con
sumere p duos dies 7 sex horas anteqz illuz cō
sequat. 7 tale spaciū dicitur lunatio. Quando
qz dicitur annus lunaris spaciū continens duo
decim lunatiōes / que diuidunt a computistis
p sex pares 7 sex in pares / scdm q mēses sunt
pares siue impares 7 sex impares. Par enim
lunatio respondet mēsi pari. impar autē impari
Annus ergo lunaris p̄tinens .xij. tales lunatiō
nes / p̄tinet .ccc. lxxij. dies / series autē .xxx. 7 totidē
xxx. dies pficiūt tantā summā. Unde patz q
annus solaris cōis supat hūc annū lunare in
xi. diebus / qui excessus facit etatem lune varia

De tempore

in singulis annis in lxx. mensium. Ita qd si in B anno luna prima e in lxx. alius mensis in sequenti anno erit duodecima. Quandoq; autem dicitur mensis vel annus lunaris embolismalis. et est embolissimus extremus anni solaris ad lunarem. Et dicitur ille annus embolismalis in quo cadit et recolligitur una lunatio. xxx. dierum recollecta ex illis. xi. diebus in quibus superat annus solaris lunarem. et ideo tertius annus embolismalis est / quia in illo recolligitur lunatio. xxx. dierum tribus diebus de super remanentibus. ter enim. xi. faciunt. xxxij. similiter in sex remanentibus alijs tribus diebus. similiter in. viij. annis est embolismalis / additis illis. vi. diebus ad illos. xxij. dies qui ex super crescentia vij. et viij. anni recolliguntur / sed ad hoc ut lunatio embolismalis. viij. anni sit. xxx. dierum / oportet mutare duos dies ex embolismali subsequenti / et ita procedendum est usque ad. xix. annum qui dicitur embolismalis adimplet / continens annos. xij. communes et. vij. embolismales. Embolismales. n. sunt. iij. vi. viij. xi. xiiij. xvij. xix. Alij vero sunt communes. Annus autem lunaris maxime observationis e apud hebreos / propter quod legalis dicitur / quia omnes festiuitates legales secundum lunam cursum et etatem obseruant. et ideo semper incipit a lunatione aprilis / ut dicitur B. et in exo. xij. dicitur / mensis iste erit vobis principium mensium anni. et. Preter annum autem vsualem seu civilem et legale / est annus qui dicitur emergens quando aliquo casu notabili emergente tempus subsequens comparatur / sicut greci computauerunt tempus a prima olympiade. et christiani a prima dominica in carnatione / et sic de alijs. Unde contingit sepe quod medium anni legalis est principium emergentis et e converso. et per hoc multe contrarietates in byblia ad concordiam reducantur sed hec ad annorum diuersitate dicta sufficiant.

Quod est principium anni cuius initium est quando sol in prima parte arietis consistit et contra septentrionem per rectam lineam ascendere incipit ut dicitur constantin. in pandec. li. v. c. iij. Recta autem linea est que neque septentrioni attinet neque meridiei / sed ab utroque polo equaliter distat. Durat autem tempus veris usque in fine geminorum / quantum. s. sol discurnit per tria signa. quorum vnum quodque habet suum mensum / ad tempus vernale pertinentem. Primus mensis est arietis incipiens a. xvij. die maris usque ad. xvij. aprilis. Secundus est thauri incipiens a. xvij. die aprilis usque ad. xvij. die maris. Tertius est geminorum incipiens ab. vij. die maii usque ad. xvij. die iulij

Est autem vernum tempus / inter frigidum et calidum maxime temperatum. Inter hyemem et estatem medium qualitatum vtriusque participatiuum / quoniam sanguis tunc incipit multiplicari in corpore animalis et humores qui in vernali frigore costricti fuerant et compacti / calore vernali moueri incipiunt et dissolui. verum autem in suis qualitatibus temperatum sanissimum tempus est et minime mortiferum ac infertum ut dicitur constantin. et B. Nam his duabus qualitatibus natura delectatur quia caliditas est causa effectiua nutrimenti et augmenti. humiditas vero causa est materialis. et ideo in vere maxime generatur sanguis qui magis e necessarius nutrimento corporis. Si vero naturam suam exent diuersas inducit egritudines. unde dicitur in empb. Si hyems sicca fuerit et borealis. verum vero pluuiosum fuerit et autumnus necesse est in estate febres acutas fieri et ob caliditatem et dissenterias maxime in humidis. nam ut dicitur pmentator in hyeme sicca humores per frigiditatem retenti accant. In vere autem nimia humiditate distemperato / multe supfluitates generantur et per calorem resoluuntur. In estate vero dum calor non est potens eas consumere / putrefacit / et sic febres acutas generat et inducit et multas alias passionem. Si vero hyems calida fuerit verum autem frigidum et sicca / necesse est homines in estate egrotare et mulieres parituras leui occasione abortire. cuius rei assignat. B. rationem in commento dicens quoniam corpora pregnantium in hyeme sunt calida et humida. tenera sunt et rara unde frigiditas aeris vernalis subito penetrans ad interiora ledit fetum. per frigiditatem enim et seccitatem que sunt caliditates mortificatorie / mortificatur fetus. unde fetus mortificatus aggrauat retinacula et abumpit et sic mulier necessario abortit. Clemens insuper tempus terram diu clausam et pre frigore restrictam aperit et radices et herbas in terra latentes producit floribus et herbis terram renouat aues ad gemitum et amorem sollicitat et inducit. et miro decore omnem terram superficie induit et venustat. Tunc verdicium a virone vel vigore / quia tunc herbe et arbores virescere incipiunt et frondere. Tempus verum est tempus agriculture et laboris tempus leticie et amoris. Clemens. n. tempore omnia videntur letari. Nam terra virescit / silua frondet / prata fiorent / celum splendet / mare quiescit / volucres vociferantur / et nidificant. et omnia que in hyeme videbantur mortua et marada vernali tempore renouantur. Unde sermitas vernalis aeris vocatur a mar. n. fus iouis. Aque vero vernalis tempore minus sane sunt adhibendum / quia a vaporibus tunc resolutis in grossatur et a ranis et alijs vermibus tunc tempore

semen p̄ficiētib⁹ inficiunt. ⁊ ideo si necesse fuerit eas bibere p̄tulit *Constan.* vt primo de quocant vel p̄ ebullitionem subnulentur ⁊ purificentur.

Estas calida est ⁊ sicca. cuius incipit descendere vsq; in fines virginis ⁊ habet estas tres mēses sicut ⁊ ver. vt dicit *Constan.* Primus mēsis est cancri a. xvij. die iunij vsq; ad. xvij. die iulij. Secundus est cū sol est leone a. xvij. die iulij vsq; ad. xvij. die augusti. Tertius est cū iam in virginē descendit. a. xvij. die augusti vsq; ad. xvij. die septembris. vt dicit *Constan.* Est ergo estas calida ⁊ sicca colore generatiua / eo q̄ sol tpe estiuāli summa graditur ascensione / oppositisq; capitibus nostris directam ⁊ fortez in corporib⁹ nostris sicut ⁊ in alijs inferioribus fortissimā imprimat actionē

Unde et superflua in hyeme coadunata dissoluit ⁊ cōsumit. Si vero estas suam tepenem exient infirmitates calidas ⁊ siccas generare ⁊ inducere cōsuevit. vt dicit *Constan.* dies longiores sol efficit et noctes breuiores. fructus ⁊ flores ad maturitates p̄ducit. nam vi caliditatis sue. tunc intese humores in fructibus tūc digerit ⁊ digestos eos in corpat ⁊ cōiūgit. Quod vero supfluum est desiccatur penitus et cōsumit / terram rimosaz ⁊ cauemosam reddit. nam calore suo humiditas pres cōsumendo destruit. Siccitate vero sua pres tetrestres cōprimat et cōiūgit / et sic aperit terrā atq; findit. Cōsumptis igitur partibus aqueis que fuerūt causa coadunationis p̄mū ⁊ cōstrictionis / necesse est vt pars a parte diuidat ⁊ sic fissura in partibus terreis efficiatur. Unde et loca paludosa aquositate cōsumendo desiccatur ⁊ exasperat et induratur. porositas pres aialium caloris sui subtilitate subintrat ⁊ humorem subcaneū dissoluēdo sudorē puocat. et sic quod est superfluum admittit et euacuat. p̄ pororum etiam aperitionē fit spirituum exalatio et substantialis humiditatis euaporatio. et ideo vires debilitat et enervat. ex utraq; caliditate sua colerā excitat ⁊ inflāmat. et ideo febrile calorem generat ⁊ augmētat a pes mellificantes suis floribus estas reficit et fatiat nocturnis t̄pibus generat / et herbarum superficiem ne diurno estu arefcāt rigat ⁊ humectat. Estuo tēpe aues maxime vociferāt ⁊ modulant ad pullificandum. siluestres volucres maxime animantur. omnium corporum vmbre in estate media abbreviantur.

Autumnus ab augendo est dictus eo q̄ tunc p̄tis fruct⁹ et fruges potissime habūdant in horreis ⁊ augetur. omnes enim anni labores et fructus colligit in horrea et reponit. et ideo nutritia in fabulis iunonis cōparatur rōne fertilitatis. vt dicit *Isido.* Nam solitatos et negotiosos circa fructuum collectionē homines reddit. agros a frugibus et arbores a fructibus orbata reddit / siccitate et frigiditate sua frondes et folia mortificat et deicit / terram sterile efficit / et vim germinatiuam aputat et prescindit

Est itaq; autumnus frigidus et sicca humoris melancolia frigidi. s. et sicca generatiuus / cuius incipit m̄ est cū sol primam p̄te libre intrat / cum sol est i recta linea. s. in equinoctiali / cū a septentrione et meridie eque distat. Dabet t̄pus autumnale tres menses sibi d̄seruientes. vt dicit *Constan.* Primus incipit quando sol est in libra a. xvij. die septembris vsq; ad. xvij. diem octobris. et tūc incipit sol dedinare in meridia. Secundus mēsis est in quo sol est in scorpione a. xvij. die octobris vsq; ad. xvij. diem nouembris. Tertius est cū sol est in sagittario. s. a. xvij. die nouembris vsq; ad. xvij. decembris vt dicit *Constan.* Autumnus in suis qualitatibus veri cōtrarius est. ideo multarū infirmitatum ⁊ pessimarū est generatiuus. Unde *Hippo.* in amph. in autūno acute accidunt egritudines et mortifere super que locum dicit *Gal.* Autumnus pestilentior ē ceteris tempibus et in multis illaudabilis. Primo p̄pter mutabilitatē t̄pis. nunc. n. est calor nūc frigus. Secundo quia cū sit post estatez inuenit multos humores incētos ex calore precedente quos repercuti frigus autumnale ad interiora / et nō p̄mittit eos exire qui putrefiunt et inducūt etiaz pessimas passiones / vt quartanas et febres vicarabiles. et hoc q̄ autumnus frigidus est et siccus et in ordiuatus et ideo in autūno nimia siccitate sua cōsumitur substantialis humiditas corpora efficiunt debiliora. p̄pter inequalitatem vero aeris non subito nūc aperit nūc subito cōstringuntur. vnde fit calidarū fumositatū retentio / quas cum virtus nō possit expellere multitudine ⁊ acumine materie / passiones mortifere subsequuntur. P̄tissias aut autumnū maxime est nociuus / quia frigiditate et siccitate sua pulmonē desiccatur et rumpit ad modū panis pini. ideo p̄tissicos valde ledit.

Hyems ab cūdo est dicta eo q̄ tempore hyemali solet ire et solui sol i breuiori circulo q̄ in estiuāli. vnde breuiores efficit dies et noctes lon-

De tempore

giores. vt dicit Jsi. Est aut̄ incipium hyemis secundum Costan. cū sol est in prima parte capricorni et est finis defensionis solis in meridie et iam paulatim incipit ascendere contra septentrionem. Habet. n. hyemis tres menses sibi deseruientes. Primus est in capricorno/incipiens a xviii. die ianuarij vsq; ad. xvi. diem februarij. Secundus est cum sol est in aquario a. xvij. die ianuarij vsq; ad. xvi. diem februarij. Tertius mensis est qm̄ sol est in piscibus et incipit a. xvi. die februarij vsq; ad. xviii. diem marij. vt dicit Constan. Est aut̄ hyems frigida et humida flegmatis nutritiua. magis tñ dicitur frigiditas q̄ humiditas/ q̄ magna fit aeris et aque constrictio et congelatio/ ppter magnā solis elongationē/ ex qua frigus nō modicus tñc temporis generatur. Unde hyems estati penitus est contraria. et ideo p̄ia viuientia et nascētia beneficio estatis/ rigore hyemali mortificant. et estatis preterite vestigia in hyeme penitus ambulantur. niues et aquarum inundationes in hyeme multiplicant/ tam vie q̄ semite lubrica et lutose in hyeme efficiuntur/ nisi poris terre glaciali frigore constringant. omnium corporū vmbre in hyeme plus q̄ in estate plangant/ poris terre clausis insuperficie exteriori corpora infrigidant. Interius tamē partes calide fugientes dominantē frigiditatem in aere aggregant. et ideo aque puteales et fontaneae in hyeme sentiuntur magis calide q̄ in estate. q̄ calor naturalis fugiens contrariā sibi aeris frigiditatem in tenora petit et in venis puteorū et fontium se indudat. et ideo ppter caloris preseniam/ aque forte vel in puteo nō gelant. Itē hyemalis asperitas/ boies efficit pigros et desides ad operandum. verū etiam ex constringēte frigiditate contrahuntur et quādo modo coartant/ ppter quod mēbra ad operandum ita de facili nō laxantur. Item ex frigore hyemali claudunt poris/ et reuocato calore naturali ad interiora virtutes animales confortant/ ppter quod excitat appetitus et plura cibaria q̄ in alijs t̄pibus necessario requiruntur. Unde Hippo. in amph. ventres in hyeme natura sunt calidiores et somni longissimi. In his ergo horis plures oblationes dāde sunt. Calor enim est multus et multo indiget nutrimento et cetera. Item quā hyems suas excedit qualitates/ vane passionēs in corporibus generant. multi enī hūiores poris clausis in cōcavitatibus corporis aggregant/ qui nō inueniētes viā euaporationis calefiunt et putrescunt. ex quo necessario infirmitates vane pcreantur.

Mensis est nomen grecum de lune nomine tractum. Luna enim greco sermone mene vocatur. Nam apud hebreos menses legitimi nō ex cursu solis/ sed ex motu lune nūcupantur. Egyptij autē primi ppter velociorem lune cursum/ nomen mēsis primo ex solis cursu inueniunt/ quoniam tardior motus solis/ facilius poterat cōprehendi. Est autē triplex mensis. s. solaris q̄ diu sol moratur in vno signo pagrando. Et est vsualis illud. s. spacium dierū/ quod in nostris. horologio continetur. Et est mēsis lunaris. s. spacium quo luna recedit ab vno pūcto firmamēti rediens ad idem pūctum et cōtinet in se. xvij. dies et. vij. horas. nam luna morat̄ per duos dies in quolibet signo et bisse hore. Ex eo vero q̄ moratur in quolibet signo p̄ duos dies cum sint duodecim signa habent̄ vigintiquatuor dies. Ex eo vero q̄ morantur p̄ sex horas exeūt tres dies qui predictis vigintiquatuor diebus adiuncti faciūt vigintiseptē. sex vero bisse spacium suplent vnus hore integrē. Ex quo patet q̄ luna circuit zodiacum a pūcto ad pūctum per vigintiseptem dies et septem horas. Alio modo sumitur mensis lunaris pro lunatione vt patet supra de anno lunari. quere supra. Cōtinet itaq; mensis quatuor septimanas. Septimana septem dies. naturalis dies quatuor quadrantes. quadrans sex horas. hora quatuor pūctapunctū decem momenta. momentum duodecim vncias. vncia. xvij. athomos. athomus vltimus nō diuidit̄ ppter sui breuitatem. Sunt autē menses duodecim vsuales quorum vnus dicitur Ianuarius a iano dictus cui fuit consecratus. modo autē dicit̄ ianuarus eo q̄ sit limes a ianua anni. vnde et bifrons ianus depingit̄ vt anni introitus et exitus demonstrat̄ vt dicit Jsi. Depingit̄ comedens et bibēs de cypho q̄ tunc aialia abundantiorē abi copiam erigunt et requirunt/ q̄ tunc temporis ppter subintrationē caloris ad interiora/ maxime viget appetitus. Iste autē mensis habet noctes longas horarum quatuordecim et dies breues horarum octo.

Secundus mensis est februarus a februo idest plutone dictus cui mēsis ille fuit antiquitus consecratus. Nam ianuarium dijs supertribus februarus vero dijs in ferioibus antiquitus error gentiliuz consecrauit. et ideo februarus a februo idest plutone deo inferiorum est nominatus. Est autē mensis pluuiofus valde et aquosus propter vaporum elevationem q̄ in pluias resoluuntur. et ideo dicitur tunc sol

esse in aquario propter aquarum inundationem. Depingitur autem februanus sene/ad ignem residens pedes calefaciens / quia tunc temporis maxime viget frigus. ppter diuturnam solis elongationem que pcessit. Inter autem omnes menses februanus mensis est minimus qz nō habet nisi. xxviij. dies qñ non est bissextus. In bissexto habet. xxx. Dicitur autē februanus apud hebreos sebat. apud grecos kendicos / cuius nox habz. xiiij. horas. dies vero decem.

Quartus mensis est marcius a Marte romane gentis auctore appellat⁹ vel ideo sic dicitur est eo qz tunc animalia ad marem et coitum moueantur (vt dicit Jsi.) Dicitur autē marcius apud hebreos mensis adar. Apud grecos vero vocatur distam. et habet. xxxi. dies. Nox autē eius habet horas. xij. et dies. xij. In mense autē marcio est equinoctium vemale sole inter septentrionem et meridiē mediam lineam tunc tenente. Et ideo in mense marcio aperunt⁹ pori terre atqz humores incipiūt ascendere tam in animalibus quam in herbis et arboribus / vnde marcius depingitur tanqz vinitor vel ortulamus qz tunc est tpus vt superflua a vitibus et alijs arboribus amputent⁹. In marcio autē est tpus valde mutabile et instabile. Et ideo tūc tēpis corpora hominū faalime alterant⁹. Aque autē marciales sunt minus sane ad bibendū qz tūc ex seminibus piscium et ranarū potissime inficiuntur. sole in principio marcij. / in medio signi piscium existente.

Quintus mensis est aprilis qui apud hebreos dicitur yau. apud grecos vero dicit⁹ sandicos. habens. xxx. dies cuius nox habet horas. x. dies vero. xiiij. Dicit autem aprilis quasi aperilis. qz tunc omnia apperunt⁹ et tunc gramina flores et folia de terra et arboribus egrediunt⁹. et ideo aprilis depingit⁹ gestans florem qz in illo mense incipit terra decorari floribus ac vestiri. vel aprilis dicitur quasi aphrodilis. vel a phris / quod est semen quia tūc apris poris terre sunt arua apta seminationi et agriculturē / sole circa medium marcij signuz thauri subintrante.

Quintus mensis est maius siue maius a mayla matre mercurij dicit⁹. vel dicitur a maioribus natū qui in republica sunt maiores. vel dicit⁹ maius a madefactione pluuiarum / quia tūc temporis oriuntur pliaades et iades et alie stelle pluuiiales quarum virtute mittunt⁹ pluuię et

rores ad seminum iactationem madefactionem et irrigationē. Dic mensis apud hebreos dicitur Jar. Apud grecos autē dicit⁹ autumnoseos / habet dies. xx. Nox vero eius habet horas. viij. et dies. xvi. Est autē maius tpus amenitatis amoris et iocunditatis. Tunc enim maxime vociferant⁹ et gaudent aues. Tunc ad bella pcedunt reges. In maio silue virent prata vident⁹ et florēt / et oia fere animalia mouentur ad gaudium et amorem. et ideo sol dicitur in medio mai intrare signum geminorum quia ppter temperiem aeris et amenitatem tēpis iocunditas in hominibus geminatur. vnde maius tempus est solarij et deductionis. ppter quod depingitur iuuenis equitans et gestans volucrē super manum.

Sextus mensis dicitur iunius a iunio:bus dicitur / eo qz populus romanus intentorias iuniorū et seniorum fuit diuisus / vt dicit Jsi. Est autē mensis iunius finis veris et principij estatis. et dicit⁹ apud hebreos thebach apud grecos vero deseos habet dies. xxx. Nox habet horas. vi. dies vero. xvij. Est autē mensis solsticialis. qz in eius medio intrat sol in caucum. tunc autē calore solis humorem in radiabus desiccante / omnia tendunt ad maturitatem et ideo depingitur secans fena. quia fena tūc temporis in pratis sunt matura.

Septimus dicitur iulius a iulio cesare sic vocatus. qz in illo mense fuit natus. vel vt dicitur tūc tempus fuit ad imperium sublimatus. Dicitur autē apud hebreos canilis lapud grecos pauemos. habet dies. xxxi. cuius dies habet. xvi. horas. nox vero. viij. Est mensis iste feruē assimus. quia in medio istius sol incipit esse in leone. et incipiunt dies caniculares. et ideo tūc ex sole / tum etiam ex calido signo et calidissimo sidere fit excessus tūc temporis in calore. tunc etiam intenduntur omnes calide passionēs et est tempus maxime disconueniens medecine / ex nimio calore ad interiora / radiatus subintrante et humorem cōsumente / segetes maturescūt. Unde iulius depingitur cum falce segetes resecante. qz tūc est tempus congruum messionī.

Octauus mensis est augustus ab Augusto cesare nūcipatus qz apud hebreos dicitur ebal apud grecos ior habet dies. xxxi. nox habz horas. x. et dies. xiiij. In hoc mense fruges in horrea recolligunt⁹. et iō depingit⁹ cū flagello sine flagello miturātē / denudat terrā a frugibus et spoliat. et ideo dicitur sol in medio augusti signuz

De tempore

virginis subintrare. Sicut enim virgo sterilis est et infecunda/sic terra est quasi sterilis quando a suis fructibus est orbata.

Seprembris est mensis nonus sic dicitur. quia est septimus ab imbre temperaneo. scilicet a marzo qui solent imbres inudare. Et dicitur apud hebreos turfi apud grecos coros. huius dies .xxx. cuius non habet horas. xij. et dies. xij. In isto enim mense fit equinoctium autumnale. nam in eius medio sol ingreditur signum librae. Est enim mensis iste finis estatis et principium autumnum/ in quo vindemia fit matura. Et ideo depingit quasi vindemiator. racemos colligens in corballo. Est autem iste mensis mutabilis et instabilis/ cuius calor in principio est intensus. sed in fine remittit et temperat iam frigiditate sapientis autumnalem. fuit autem mensis iste apud hebreos valde celebris et sollemnis. Nam apud eos dies septimus/ mensis septimus/ et annus septimus in summa veneratione habebant.

Octimus mensis est october. quia ab imbre octavus. qui apud hebreos dicitur marizon. apud grecos pro heos habens dies. xxxi. non habet .xiiij. horas. dies. x. qui in principio sui adhuc est calidus. sed in fine forti frigore corpus purgatur. et ideo in eius medio sol dicitur intrare signum scorpiionis/ qui est vermis facie blandus et cauda pungens. Hic mensis quia naturaliter est frigidus et siccus/ terram desiccatur et eam ad susceptionem seminum disponit et abilitat. vnde tunc temporis semina hyemalia glebe commendantur et ideo depingit in similitudinem bovis seminantis.

Novimus mensis est november sic dicitur quia ab imbre nonus est. Apud hebreos dicitur cassiu. apud grecos dicitur dyos. habens dies .xxx. cuius non habet horas. xvi. dies vero octo. Hic mensis frigiditate sua penetrat ad interiora et graviter ledit corpora. et ideo in ipsius medio dicitur sol signum sagittarii subintrare. et siccitate et frigiditate sua constringit. et desiccatur. et decidit arborum folia. porcos etiam in animalibus dicitur/ et recollectis humoribus intrinsicis eos coagelat coagulat et coapungit. et ideo tunc temporis animalia maxime porci multum impinguntur propter quod depingit quasi rusticus quercus percussus et glandibus refectus porcos suos.

Decembris. xij. mensis est sic dicitur quia ab imbre marci est. x. Hic mensis quidem est mensis pluviosus. hic apud hebreos dicitur thureth. apud grecos epyleos habens dies. xxxi. cuius

non habet horas. xviii. dies vero. vi. Hic mensis est solstitialis quia in eius medio sol ingreditur signum capricorni/ qui ita est a remonis de nostro habitaculo quod non potest a nobis plus aliter qualiter elongari/ sed tunc arcus meridionalis incipit paulatim reverti et ascendere per arcus boreales. Est autem finis autumnum et principium hyemis que se extendit usque ad. xvij. diem marci ubi incipit tempus veris. In hoc mense propter asperitatem frigoris sunt alalia et alia animalia domestica multe quietis et pauci motus et ideo plurimum impinguntur. unde tunc temporis interficiuntur potissime et mactantur propter quod depingit tamquam canifer/ qui cum securi percussit et mactat porcum suum. Ex his enim duodecim mensibus efficiuntur annus tam solaris quam lunaris.

Edomada siue septimana a septem dierum numero est vocata cuius replicatione menses/ anni/ et secula peragantur. Ab eodem enim die incipit/ et in eadem terminatur. cuius presunt dies artificiales et naturales. Sunt dies dicti a diis quorum nomina cuiusdam fidei sunt ab antiquis consecrata. Primum diem soli ascripserunt/ qui princeps est siderum et dominus planetarum. et ideo dies dominicus nuncupantur que prius legiata est in multis. quia in die dominica mundus est creatus et in eadem die natus fuit et in eadem dominus resurrexit/ et in eadem etiam dominus misit spiritum sanctum. Secundum diem ascripserunt lune/ quod soli in magnitudine et splendore prima est. Tertium a Marte et sic de alijs. Dicitur autem alius est egyptiacus. alius non egyptiacus. Egyptiacus est ille dies in qua misit deus plagam aliquam in egyptum. Unde cum sint. xviii. dies egyptiaci/ patet quod plures misit deus plagas super egyptios quam decem que inter ceteras magis sunt famose. ponuntur autem a kalendis ecclesie/ non quia aliud sit in illis plus quam in alijs omnium. sed ut miracula dei ad memoriam reducantur. Dierum alius est artificialis siue usualis. alius naturalis. Artificialis est spatium quo voluitur sol in nostro emispeno ab oriente ad occidentem. et dicitur artificialis quia quasi artificia diversificantur secundum diversos situs dimarum et regionum. Naturalis est spatium quo sol voluitur ab oriente per occidentem in orientem et talis dies continet. xviii. horas. Artificialis vero dies continet in equinoctio/ xij. horas. in alijs vero temporibus plus vel minus. secundum dierum incrementum vel decrementum. Dierum autem alius denominatur a kalendis. alius ab idibus/ alius a nonis. Primum autem dies mensis dicitur a nomine kalendarum/ a kalo quod est voco

quia tunc solebant mercatores ad nundinas conuocari. et erat festum solenne quod vocatur festus neomenie id est noue lune / quia tunc luna videbatur esse noua. Nonne dicuntur quasi nundine / quia tunc nundine inchoabant. Idus enim id est quod diuisio / quia tunc nundine diuidebantur. Ex quo patet triplex dierum differentia. scilicet. kalendas ad celebrandum. nonas ad tributa ad negociandum. Idualis statuta ad recedendum a nundinis et ad propria reuertendum. Dies autem naturalis constat ex. xiiii. horis quibus sol circa totam terram raptu firmamenti circumfertur. cuius partes sunt quadrans / hora / punctum / momentum / vncia / et arthomus. Est autem quadrans quarta pars diei naturalis id est spacium sex horarum. hora enim vi. pars quadrantis. id est. xiiii. pars diei naturalis / et dicitur hora extrema et finalis pars temporis / sicut ora dicitur extremitas fluminis siue maris. (vt dicitur Ipsi.) Punctum est quarta pars horae / momentum. x. pars puncti siue quadragesima pars horae. et dicitur momentum quasi minimum atque angustissimum tempus siderum a motu nuncupatum vncia autem dicitur. xij. pars momenti. Arthomus est. xlvij. pars vnciae. et dicitur arthomus quasi sine diuisione. quia vltima arthomum non recipit subdiuisionem. Dies itaque est illuminationis a sole receptiua / et luminis recepti ad alios diffusiuua. unde dies a dyon grece derivatur. Est autem dyon idem quod claritas (vt dicitur Ipsi do.) Item dies est mensium et annorum descriptiua et distinctiua omnia enim temporum et seculorum curricula dierum numero computantur. Item secundum accessum solis et recessum est dies breuitatis et magnitudinis receptiua. et ideo propter solis elongationem a nostro habitaculo in hyeme est breuissima. in estate autem longissima quia tunc sol nobis vicinior appropinquat. Item siderum et corporum superiorum est dies occultiua. quia quanto dies est clarior / tanto stelle a nostris aspectibus occultantur. Item inter colores et rerum visibiles forma est dies discretiua / nam figure et forme que de nocte latent / de die patent. (vt dicitur Beda.) Item diei presentia animi lucis est lenificatiua. In ortu enim diei gaudent et cantant aues. Item viatoribus est dies securitatis et pacis tributiua / que latronibus inimica est et timoris incussiuua. latrones enim de die timent. Item diei claritas est tenebrositatis nocti euaciuua / et ipsi immediate successiua / et quanto nox precedens magis / tempestuosa est et turbulenta / tanto est succedentis diei presentia magis grata. Item dies est status sui mutatiua. crescit enim uel decrescit continue et quanto plus decrescit et abbreviatur in hye

me / tanto plus in estate prolongatur. Item dies est a torpore et somnolentia excitatiua / nam dies exercitio et labori hominum deputatur. et quanto plus dies declinat versus finem / tanto sapiens operarius ad perfectionem diuini operis plus conatur (vt dicitur Grego.)

Aurora finis est noctis precedentis et diei sequentis principium. Et dicitur aurora (vt dicitur Ipsi dicitur) aurea hora eo quod nuntiat ad motum auri diffundit colorem. unde et sol in aurora a grecis crisostomos id est auri domus appellatur. nam radij eius splendentes aureas colorem demonstrant. Vel dicitur aurora quasi aurora rosans / eo quod in aurora ros generatur. et aurius humectatione infunditur terra / et aeris caliditas temperatur. aurora lumen a sole impetrat. quia clarior est ipsa nocte / sed obscurior clarior die. aues mundas et diuinas ad volandum et cantandum excitat nocturnas autem fugat. In ortu autem aurore flores primo clausi aperiantur / et herbe que estu precedente macerant / in aurora eriguntur. vires animales in aurora confortantur / et animalium egredientes alleuiantur et diminuuntur. In aurora autem humor sanguineus dominatur. Unde secundum Constan. Aurora usque ad tertiam imitatur naturam veris. meridies estatis / hora vespertina / temporis autumnalis / nox vero hyemalis qualitatibus. In aurora propter dominium sanguinis somnus dulcis est et salubris. tunc etiam temporis maxime galli ad vociferandum conantur. Oritur autem lucifer in aurora et orientis solis presentia nunciatur esse prima et vicina. Aurora a tenebris incipit / sed usque ad perfectionem luminis proficit et procedit. Clarior autem in ortu solis colorem suum. unde nunc croceum nunc purpureum / nunc aureum proterdit colorem. Accidit hec varietas ex diuersa qualitate vaporum vel nubium in quibus modis fit depressio solarium radiorum (vt dicitur Beda.) Nimia autem serenitas in aurora cum radijs solaribus directis contra austrum signus est future tempestatis (vt dicitur idem Beda.) Idem est autem aurora et diluculum. Sic autem dicitur / quia est diei lucidum et luminosum principium. Est enim diluculum. secundum Ipsi do. terminatio noctis et inchoatio plene lucis alleuatio infirmitatis / expeditio ab inimicis. In diluculo hostes fugiunt et latrones (vt idem dicitur) Idem est mane quod diluculum. nam mane est lux plena et matura. et dicitur a mane quod est bonum / eo quod luce nihil est melius. (vt dicitur Ipsi.) Est autem mane principium laboris / et

De tempore

finis dormitionis tempus sobrietatis / et perfectio celebratae digestionis / paulatim nocti finem imponit et cito transit. rerum qualitates / species et figuras preostendit et precludit.

Meridies est dicta quasi Dies media Nam in meridie in medio celi videtur consistere sol in medio puncto inter ortum et occasum existens videtur equaliter ab utroque tunc distare. vel dicitur meridies quasi mera dies / quia tunc punctus et clarior est sol / quando de medio celi nititur / et totum orbem illuminat pariter claritate (ut dicit Ipsi.) De hora calidior est et siccior / et in suis qualitatibus est similior estati. Et accidit propter quatuor scilicet propter directam solis ad capita nostra oppositionem / propter solarium radiorum reflexionem / et directam duplicationem / et propter radiorum spissitudinem / et eorum coactionem / propter linearum angustiam in quibus radij coarctantur. Verum etiam tunc temporis propter multiplicationem et concursum radiorum maxime calefit. et ideo amplior calor in istis inferioribus generatur. In meridiana autem hora umbra vniuersarumque corporum est breuissima et a meridie versus septentriones / tunc temporis est extensa. et quanto sol plus recedit a meridiano circulo / tanto obiecti corporis umbra amplius prolongantur. (ut dicit Beda.) In meridie flores et herbe ardescunt. sicut fruges et fructus potissime maturescunt. **A**nimalia loca umbrosa propter solis feruorem querunt / et in suis latibulis requiescunt. In meridie animalia venenosa sicut colubre et serpentes plus ledunt / quia venenum suum facilius tunc infundunt de mane etiam propter frigiditatem nocturnam precedentem rigescunt. et ideo in eis vis veneni consopitur. sed in meridie calefiunt / unde tunc ad pungendum et virus veneni infundendum fortius in ardescunt. Unde in feruore meridiano caueas exiunt / et calefactionis gratia soli se exponunt (ut dicit Ipsi.)

Vespera a vespero stella occidentalis est dicta. Vesperis enim est stella qui solem occidentem sequitur et tenebras sequentes comitat (ut dicit Ipsi.) Vocatur autem vesper serena a ianuis seratis sic dictum / quia quando venit vesper fores serantur / ut omnia in domo manent tutiora. Dicitur etiam crepusculum id est dubia lux / quando inter lucem et tenebras discernere non est certum (et dicit idem.) In vespere igitur dies finitur et solares radij a tene superficie subtrahunt. imminente vespera / umbra corporum maxime protendunt. Flores qui contra

tra solem aperti fuerant propter solis absentiam in se clauduntur. porri etiam corporum qui ex calore diurno aperti fuerant propter remissionem caloris in vespere constringunt exalationes et fumosi vapores que materia sunt nebulae et nubes / vespertino tempore resoluntur homines et animalia et etiam volucres propter resolutionem fumositatis in eorum corporibus ad sonum et dormitionem tunc disponunt. aues nocturne sicut bubones et noctue de suis latibulis ad sua pasca paranda tempore vespertino egrediuntur. greges a pastouibus et a pasuis reducti in caulis et alijs ouium receptaculis recolligunt. lupi a canibus in vespere viri discernuntur. vigiles et custodes propter latronum insidias et hostium insultus in muns et tumbus statuuntur. in vespere etiam laborantes remunerantur et quieti exponuntur.

Noxa nocendo est dicta eo quod oculis nocet. nam oculus priuat a sua perfectione scilicet ab actu videndi. occultat enim rerum colores in quibus oculus delectatur. Laesatur autem homo ab umbra terre cuius interpositio intercipit a nobis solares radij et impedit et tollit a nobis aspectibus visum solis. Est autem nox frigida et humida qualitatibus hyemis similis et ideo quieti animalium est congrua / virtutum et operationum naturalium effectuum necessaria. Unde nox est tempus dormitionis et quietis ut virtutes que per vigilias diurnas distrae et disperse fuerant debilitate / beneficio noctis quiescant et coadunantur / et sic coadunare confortentur. ne nox propter solis absentiam esset penitus indecora / stelle cum fulgoribus illustrant. Unde ex stellarum motu noctis tenebras fitas minoratur / et noctis cursus et processus discernitur. aeris etiam nocturna densitas temperatur (ut dicit Albu.) et ideo in nocturnis tenebris ambulantes vel nauigantes / de facili deuiant. nisi eorum via per motum et siderum situm dirigatur. omnis infirmitas plus excruciat generaliter nocturno tempore quam diurno et patiens de nocte plus quam de die aggravatur per cantum gallorum finis noctis praedicitur. et aduentus future diei praenunciatur. Nox autem secundum quatuor vigilantiarum ordines distribuitur. (ut dicit Beda.) Nam primi vigilant in noctis principio. Secundi in conticinio. Tertij in media nocte / siue ipsius noctis intempeste silentio. Quartij in gallitio. Omni enim tempore in castris vigilant et exorbant / ne inueniant quod formidant (ut dicit idem super luce. xij.) Praeter haec nox est ex se horrois et amoris incassua fantas

matum et illusionum contentiva. plura enim fantas-
mata occurrunt de nocte quam de die. plures enim
occurrunt dormientibus de nocte quam de die vi-
gilantibus fantasie. (sicut dicitur ibi multa pas-
sa sum per visum propter ipsum) *Abatb. xxviiij.*
Nox etiam est condensationis et infectionis
inductiva. Tanta enim fit de nocte ex fumis
et vaporosis exalationibus aeris immutatio et
infectio quod vix animantia viverent nisi sidera
et luna suo motu contra huiusmodi malitiam
obviarent. (vt dicit *Albu.*) Nox etiam est illorum
que claritate diei occultantur manifesta. vt
patet quia sidera de die latent. de nocte vero
apparent immundorum animalium est nutri-
tiva. nam apri. et alie fere siluestres de die in
suis foueis et antris latitant. de nocte vero p-
vineas et agros euagari non cessant. audacie et
securitatis maleficijs est sepius prestativa. nam
de die deprehendi timet latrones et fures qui no-
cturno tempore ad omne flagitium sunt auda-
ces (vt dicit *Bregio.*) hora tempestatis / noctur-
na mora penditantibus in mari est maxime no-
qua. quia quando nox naufragium patienti-
bus superuenit / euadendi locus alicui vix occur-
rit (vt dicit *Bregio.*) Totius medietatis vite
hamane est nox insensibiliter consumptiva. tan-
tum enim temporis consumimus et nocte dor-
miendo / quantum de die in vigilando vnde
nox subtrahit quo ad laborem partem maximam
vite nostre. (vt dicit *Ba.*)

Sabbatum est primum septimane
festum / quod ad celebrandum deo
in die septima fuit a domino insti-
tutum / quia in die septima requi-
euit dominus ab omni opere. (*Gen. ij.*) Unde
apud hebreos ita preualuit hec solemnitas in-
tantum / quod nullum opus in sabbatis fieri permit-
tebatur immo in sabbatis seruis / ancillis / ani-
malibus / et iumentis / requies fieri iuebatur
ignis in domibus iudeorum in sabbatis non ac-
cendebatur. abus in die sabbati necessarius / i
die precedenti preparabatur / cultioribus indu-
mentis populus in sabbatis ornabatur / lau-
rioribus cibis et epulis populus communiter in
sabbatis utebatur / templum orationis gratia
plus quam in alijs diebus frequenter abatur / altaria
sacrificijs maioribus et oblationibus pingui-
oribus semper in sabbatis cumulabantur / lex in
sabbatis semper a populo a sacerdotibus ex-
ponebatur et dedarabatur / cantus cum psalmo
dia solemniter agebatur / omnis discursus et
euagatio populo prohibebatur. Unde inter
sabbati spacium tantummodo. *Ab. passuum*

vocabatur. plus enim ambulare in sabbatis
illicitum putabatur (sicut dicit glo. super act.
Apostolorum) anima sumere nisi solum pro de-
fensione legis non concedebatur. (vt patet in
libro *Abachabeorum. ij.*) In quiete ergo sab-
bati / quies animi figurabatur. Et iolator etiam
sabbati sine misericordia interfici iubebatur. vt
patet in illo qui colligens ligna in sabbato / qui
iubente domino lapidibus fuit a populo in-
terfectus.

Nomenia apud hebreos idem est
quod noua luna et erat solemnitas
in kalendis mensium ad honorem domi-
ni que renouat omnia instituta.

Quod enim fecerunt gentes in principijs
mensium ad honorem diane et inuonis / fecerunt
hebrei in kalendis mensium ad honorem creato-
ris. Et ideo principia mensium dicuntur kal-
quasi colende (vt dicit *Isi.*) Dicuntur a calo
grece quod est voco latine. quia tubis et bucci-
nis hec solemnitas pronuntiabatur / a dango-
re buccine ad festum neomenie vocabatur po-
pulus. Hec festiuitas multum fuit celebris et
insignis. et ideo spiritualibus hostijs honora-
batur. et populus ad epulandum et conuiuian-
dum in kalendis tubis et buccinis specialiter inuita-
batur.

Septuagesima est spacium. lxx. die-
rum que extenduntur a dominica
que dicitur. lxx. usque ad sabbatum
pasce. et dicitur sabbatum in albis

In his autem. lxx. diebus signantur. lxx. anni
quibus filij israel captiui fuerunt in babilone
per quos continue fuerunt in miseria et dolore
sed accepta licentia a Ziro rege / reuertebantur
finitis. lxx. annis cum gaudio et honore. In
his autem. lxx. annis captiuitatis babilonice
prefigurabatur totum corpus / quod diu culpe sub-
ditur atque pene. et culpa primi hominis cuius pe-
na sibi inflata / legitur in ecclesia in prima do-
minica quando. lxx. inchoatur. vnde in signum
presentis miserie cantica leticie subtrahuntur. nu-
ptie et coniugia donec post pascha suspendun-
tur. In pascha autem alleluia cum alijs iocun-
ditatis canticis resumitur. qui passionem chri-
sti seruitus humani generis relaxatur pena ta-
men adbuca remanet. Et ideo in septima
na pascale cantatur gradale cum alleluia. quod
adbuca cum spirituali leticia quam habet eccle-
sia pro remissione culpe remanet quedam inisti-
cia / pro remanente adbuca pena / sicut populus
israeliticus de sua reuersione libera in bierusa-
lem multum exultabat. sed nihilominus per dies

De tempore

ficulitate itineris multum vel plurimum laborabat. Sic nos tendentes ad patriam gaudemus per gratiam nostre redemptionis sed adhuc lugemus pro peccatis. cum autem vite presentis septuagena fuerit adimpleta / tunc fulgebimus in albis in agni presentia. et ideo in sabbato in albis cantatur duplex alleluja. quia finito labore vite presentis / cum pervenerimus ad eterne quietis sabbatum gadebimus stola duplici nobis tunc temporis restituta. in signum miserie vite presentis cantantur in introitu misere. Circumdedent me gemitus mor. pro spe reversionis invitamur in epistola ad curandum instadio. et ad laborandum in vinea domini sabaoth docemur in euangelio. De omnibus et summa et scientia Jo. beletb sunt extracta. cuius auctoritas in ecclesia est sollemnis. maxime in officijs ecclesiasticis ordinandis.

Quinquagesima quasi quinquies decem est vocata. et signat tempus remissionis secundum expositionem ipsius Beletb. nam annus quinquagesimus dicebatur annus iubilaeus / qui apud hebreos fuit summe celebris et festivus. annus enim fuit reversionis proscriptorum / remissionis debitorum restitutionis deperditorum. Incipit autem quinquagesima in dominica tertia a septuagesima / et finitur in dominica resurrectionis. Signat enim statum gratie ad quam restauramur mediante beneficio penitentie. Unde ieiunium ecclesie incipit in medio quadragesimalis septimane / et tunc frequentius quinquagesimum psalmum qui est penitentialis recitamus in diurno officio / in singulis fere horis psalmus ille penitentialis qui miserere mei deus intitulatur repetitur. Observacionem autem anni quinquagesimi qui dicebatur lege iubilaeus. incipit secundum hebreos ante legem a tempore scilicet abrahe / qui liberavit loth nepotem suum qui tunc temporis fuit annorum. l. et ideo ab illo tempore inter filios abrahe servabatur quod precedere tempore sub lege propter misterium approbatur. ut patet in numeris.

Quadragesima est tempus. xl. dierum ut dicit Jo. incipiens a dominica prima quadragesime et se extendit usque ad domini cenam / in qua dominus novi testamenti sacrificium inebans / pane angelico nos refecit / in quo nobis figuratur quod qui. xl. penitentie vel presentis vite spiritualiter pegerit diuine contemplat. o-

nis societate finali perfruetur. Est autem quadragesima tempus militie christiane in quo acrius contra vicia dimicamus. Hunc enim dierum numerum ad nostram assumimus militiam non solum per exemplum moysi et helie / sed etiam per imitationem iesu christi qui tot diebus legitur ieiunasse. Bene autem sub hoc numero ieiunamus. nam pro eo constat ex denario quater in se reuoluto decalogum sub denario / et euangelium sub quaternario representari / quibus amissis spiritualibus noster aduersarius repugnat / et terra viventium iure hereditario possidet / sicut terra promissionis / finita. xl. annorum pugna in deserto filijs israel concedebatur / fructus etiam nostre militie ostenditur sub hoc numero. nam quadragesimus collectis pnb ipsam diuidentibus / producit numerum quinquagesimum / qui numerus remissionem debitorum et hereditatis amisse restitutionem signat. Ex quo ostendit quod dimicando contra vicia remissionem consequimur peccatorum / et heredes efficiamur bonorum. In hoc enim numero vite nostre decimas et primitias consecramus. nam pro decima. cc. lx. dierum ieiunamus. xxxvi. dies pro decima. vi. dierum et horarum qui residui sunt de anno integro unum diem / ut in summa soluantur deo pro decima anni. xxxvij. dies ieiunabiles / et tres dies de ieiunio quatuor temporum propinquitatis offeruntur. hoc autem facimus ut offerentes deo primitias nostre temporis in fide trinitatis et decimas in completionem decalogi per fidem et bonos mores / primo genitorum dignitatem et eterne felicitatis denarium assequamur. Et quia quadragesima est tempus militie ideo in euangelio agitur de militia et victoria ipsius christi. In tractatu vero quatuor impugnationum et temptationum genera demonstrantur. Quarum prima est leuis et occulta scilicet timor nocturnus. Secunda est leuis et manifesta scilicet sagitta in die volans. Tertia est grauis et manifesta scilicet occursum demonij meridiem. Quarta est grauis et occulta et hoc est negocium in tenebris ambulans. Contra istas itaque impugnationes utimur spirituali armatura / ad quam nos instruit apo. in epistola et inuitat / vbi dicit exhibeamus nos sicut dei ministros per arma iusticie etc. Inter omnia autem tempora anni tempus quadragesime est magis nobile et insigne. Est enim tempus reuiuificationis / quia terra que in hyeme videbatur quasi mortua tempore quadragesime mali reuiuiscat et virescat. Item tempus est renouationis. nam terra herbis floribus et arboribus fructibus

renouantur et ornantur. Item tempus est in-
pregnationis et fecundationis. quia tunc virtus
generatiua in animalibus et plantis marie viget
Unde tunc pululant et germinant terre nascen-
tia/ vniuersa. Item tempus est nidificationis
et pullificationis. vnde turtures et ciconie et alie
volucres qui iacuerunt tota hyeme/ tēpore ver-
nali adueniunt/ et ad nidificandum sunt solli-
citi. Item tempus est medicine et purgationis
quod tunc maxime mouebuntur humores in corpore
ad excedendum. et ideo est proprium tempus medi-
cine. Item tempus est liberationis et negotiorum
tunc. n. arabilis est terra et mare nauigabile. et
ideo solent homines vernali et quadragesimali tē-
pore ob spem lucri/ ad diuersa negotia se mo-
uere. Item tempus est resecationis superfluo-
rum et amputationis. et ideo in quadragesima
amputantur vitis et alie arbores que a superfluo
is exonerantur. Item tempus est lacrimationis vi-
nearum incisionum et germinationis. Nam hu-
mor qui erat in radice superfluus euaporat et
distillando se euacuat in asa vite. virtus etiam
germinabilis tunc erumpit/ et per diuersas par-
tes in propagine se ostendit. Item tempus est
seminationis et sectionis quia circa quadrage-
simam et semina terre committuntur et furculi in
arboribus inseruntur. Item tempus est rosis et
pluuiialis irrigationis/ tunc enim oriuntur yades
et alie stelle imbifere que sunt causa rosis et plu-
uie ad tactorum seminum irrigationem et nutri-
mentum. vt dicit Albu. et Beda. Item tempus
est deambulationis et peregrinationis. quia tunc
ecclesie et sanctorum limina maxime frequentantur.

Pasca grece passio dicitur latine a
pachin quod est panis. Debraice enim
idem est quod transitus/ eo quod pascha
hebreorum agnus imolabatur/ as-
sus comedebatur/ quod comedi non ponitur/
igne cremebatur. et nihil ex eo/ vsque ad mane
relinquebatur. cum festinatione et lacrimis agresti-
bus et panibus azimis comedebatur. ab in-
ciatis et immundis comedi prohibebatur acci-
ti fuerunt hebrei et pedibus calcati quando ab
eis comedebatur/ in manu manducatis agnum
baculus tenebatur/ sanguine agni linitis do-
morum postibus virtus exterminantis an-
guli coerebatur/ quia non habuit potestatem
nocendi vbi domorum pestes cum superflumi-
nibus fuerunt tunc hinc. In comestione enim
agnus imolatus transeunte domino per egyptum
egyptiorum populus percutiebatur. populus
vero hebreorum ab egyptiorum crudeli domi-
no liberabatur. vnde ex eo quod primogenita egyptio-
rum vitificabantur hebreorum primoge-

nita sanctificabantur. Post comestionem vero
ro agni populus precedente columna ignis et
nubis illesus per mare rubrum de egypto edu-
cabatur. Pharaon autem ipsos persequens
cum toto suo exercitu precepit/ in medijs flu-
cibus emergebatur. tandem in fine cum hym-
nis et canticis pro sua liberatione et hostium sub-
mersione gratiarum actiones domino soluebatur.
Decemina in Exo. per ordinem continentur.
scilicet. xij. xij. et xij. Et ideo in memoriam in-
terfectionis egyptiorum et liberationis hebre-
orum inoleuit consuetudo. vt semper de duo-
bus damnandis ad mortem/ vnus in pascha
iudeorum interficeretur et alter liber dimittere-
tur. vt patet 1. Machab. xvi. Istud autem pascha
iudeorum typus fuit et figura pasche christiano-
rum/ in quo mediante sanguine agni immacu-
lati qui abstulit peccata mundi/ omnes electi
a seruitute demonum sunt et redempti per quem
verum faciunt transitum de carne ad spiritum
de veteri homine ad nouum. de umbra ad lu-
cem/ de mundo ad celum de figura ad verita-
tem/ de seruitute ad glorie filiorum dei liberta-
tem. Ideo dies paschalis est tempus leticie et
exultationis/ tempus lenitatis et renouationis
tempus puritatis et iocunde refectionis. quia
resurrectionis filij epulantur/ non infermento
veteri malignitatis sed potius in azimis sine-
ritatis et veritatis. nostrum autem pascha sempiternum
in die dominico celebramus verno tempore
luna adhuc plena. In dominica autem sempiternum
celebramus/ propter reuerentiam dominice re-
surrectionis. Non autem semper celebramus
in xv. luna cum iudeis/ ne iudizare videamur
Nostrum in super pascha large sumptum/ ad milia
se extendit. Et primo ad diem in ramis pal-
marum/ quod vulgare pascha floridum dicitur.
eo quod in illo die florentes arborum et virentes
ramos in manibus gerimus. quia dominus
illo die processionaliter cum ramis arborum est
receptus. Decem dies est privilegiata/ in hoc quod
filij israel/ illo sub Josue transitu iordane sic
eo vestigio intraverunt terminos terre promissio-
nis/ et ederunt de frugibus terre chanaan.
et statim defecit manna quo aliti fuerunt in de-
serto quadraginta annis. vt patet Josue. ij.
In eodem etiam die sicut erat tunc dies palma-
rum eiecit dominus de templo ementes et ven-
dentes postquam a turbis cum ramis palmarum
et oliuarum honorifice est susceptus. Ad pascha
etiam pertinet dies cene qui secundum Jo. be-
in quatuor est privilegiata. in penitentium ad
ecclesiam redeuntium reconciliatione.

Qui enim in die animum ab ecclesia per

De tempore

lucidam eruduntur/in die cene per misericordiam in sinu ecclesie recipiuntur. et ideo i quinta feria fecit dominus et aquis pisces et volucres/partem enim dimisit gurgiti/partem leuauit in aera/qz dominus malos in carnalibus delectantes seperat a bonis in celestibus glorificatis. Secundum priuilegium consistit in veteris sacrificij terminatione et ministerii sacramenti altaris institutione. quando carnalis ritus in celestem et spiritualem ritum est mutatus. Tertium priuilegium consistit in sacre unctionis et crismatis consecratione. tunc enim ab episcopo oleum cathecuminorum et infirmorum quo paruum baptizandi inungunt in organum sensum morte iam appropinquante/consecrant. Eodem etiam die conficitur crisma ex oleo et balsamo quo paruuli crismantur a minore sacerdote in vertice et maiore. scilicet ab episcopo in fronte videlicet in confirmatione. Quartum priuilegium est in mandati dominici representatione. hoc fit in pedum ablutione. in pauperum refectione. in altarium denudatione et eorum expiatione. Est igitur dies cene dies reconciliationis. transsubstantiationis. consecrationis siue unctionis dies refectionis et ablutionis. Ad pascha nostrum in super pinet dies parasceue. et dicitur bona sexta feria. qz in ea dominus est passus cuius passione omnes sette ferie habende sunt in reuerentia et honore. Celebratur autem dies parasceue cum tristitia et merore quamuis aliorum sanctorum passionum cum gaudio celebremus quia sancti post martirium euolant ad celum. Christus vero descendit ad infernum. sed qz fregit tartara et sanctos eduxit et tertia die viuus se ostendit. Ideo tunc maxime gaudemus. ut dicitur in Job. be. Duius diei priuilegia fuerunt christi immolatio et demonis qui mortis habebat imperium humiliatio/padisi aperitio/bonis redemptio/sacrum purarum reseratio siue manifestatio/omnium figurarum consummatio. Et ideo in cruce dicitur. Consummatum est. Ad pascha quoque pertinet ipsius vigilia/que anathemice sabbatum sanctum appellatur/qz in illo sabbato christus qui est sanctus sanctorum tota die in sepulchro requieuit. In hac die ignis nouus acquiritur/benedicitur et ad accendendum pascalem cereum custoditur. deinde cereus pascalis erigitur et a diacono benedicitur et accenditur/cuius in forma crucis imprimitur. deinde lectionibus lectis ad consecrationem fontis processionaliter accedit et completo baptismo/ad celebrationem misse reuertitur et redit. totum autem diei officium sub breuissimum vesperarum compendio terminatur neophiti ad diuinum officium in consuetudine/redio

afficiant. Tota enim septimana pascalis celebrata est et solennis/cuius finis in sabbato in albis terminatur. quoniam alleluia duplicatur. Signat enim futuram sanctorum gloriosam resurrectionem. in quaduplici stola electi decorabuntur. de quibus dicitur in Apo. Ambulabunt mecum in albis/ quoniam digni sunt.

Pentecostes fuit festus solenne apud hebreos sicut est moderno tempore quo ad nos et est dies. l. a pascha. Sicut enim populus israeliticus quinquagesima die que a pascha quod celebratur uenit in raphadum uenerunt ad montem. Synagoga et legem susceperunt. ut patet Exo. xix. Ita quinquagesima die a passione christi datus est spiritus sanctus apostolis in lignis igneis ut facti essent in omni genere sermonis et seruidi in amore caritatis. Dicitur autem pentecostes a penthe quod est quinque et costes quod est decem quasi quinque decades dierum a pascha usque ad pentecosten. Intercurrunt et distinguuntur per septem septimanas propter septiformem gratiam que in aduentu spiritus sancti credentibus est collata. Tempus autem circa pentecosten est tempus militie strenuitatis. tunc enim noui milites militie cingulo seu gladio accinguntur. Est etiam tempus mundicie et siccitatis. Sole enim tunc superferacem tunc fortius calefaciente humorum consumit superfluitatem et lubricitatem et sic inducit mundiciam per superinductam siccitatem. Item est tempus leticie et iocunditatis/qz tunc aues et animalia in maximo amore viuunt. Item tempus uiroris et amenitatis/tunc enim precipue herbe virent et silue frondent. Item tempus odoris et suauitatis. nam flores ortorum nemorum et pratorum suam redolentiam undique tunc diffundunt. Item tempus est dulcoris et saporositatis. nam calor celestis tunc temporis humiditatem in floribus digerit et in dulcedinem alterat et conuertit. et ideo tempus est mellificationi congruum/propter quod apes precipue tunc frequenter herbas et arbores propter flores. ut dicit aristoteles. quod longe purius et dulcius est mel quod colligitur tempore uernali quam quod acquiritur tempore autumnali. Item tempus maturitatis. In calidis enim regionibus circa pentecosten instat mellis tempus. et ideo vocatur in libro numerorum tempus nouarij frugum. quia in festo pentecostes panes ex nouis frugibus offerri precipiebantur. Item tempus est pasce et satietatis. nam tunc graminis et herbarum habundantia loca omnia pascuosa. et ideo tam equi quam alia animalia propter nouarum herbarum habundantiam impinguntur. Item tempus est audacie et animositatis.

Nam ex feruēti impressione caloris solaris co-
lera tunc incenditur. ex cuius accensione circa
cor/ita et audacia in animalibus cocitatur. Unde
de illud tempus regibus magis est consuetus
ut tunc iubeant moueri bella contra hostes.

Scenophegia festiuitas est hebreo-
rum que tabernaculorum fictio di-
cebatur que celebratur in memori-
am expiationis quā recedentes de
egypto in tabernacula morantur dicitur. Unde
scenophegia dicitur a cenon grece quod lati-
ne dicitur tabernaculum. Dec solēntas semp-
in septembri celebratur. quia collectis frugibus/
de oibus decimas domino obtulerunt et leticie
ac gaudio specialiter tunc vacauerunt. frondi-
bus et ramis domos suas ornauerunt. fructus
arboris pulcherrime et suauis idcirco poma cedri
in manibus portauerunt. In decima autem die
eiusdem mensis triplex festum eodem die cele-
brauerunt. scilicet expiationis afflictionis et propicia-
tionis. nam eo die sumus pontifex intravit cum
sanguine vitule ruffe et expiauit sancta sancto-
rum et ideo dicitur dies expiationis. Eodem
die ieiunabat populus pro reatu vituli in de-
serto. et ideo vocabatur dies afflictionis. Ideo
vero vocabatur dies propiciationis quia tali
die audiuerunt sibi dominum placatum fuisse
et propiciam super transgressionem vituli in de-
serto.

Consecratio est noui templi dedicatio
cenon enim grece nouus dicitur la-
tine. Hanc solēnitatem iudei di-
uersis temporibus celebrabant se-
cundum quod diuersis temporibus vel nouum
templum edificabatur vel edificatum de nouo
reparabatur. sicut Judas machabeus legi-
tur templum dedicasse et renouasse. primo Macha-
beorum. quarto. Dedicatio enim festum
tenet ecclesia. Cum enim episcopus ecclesiam
circum aqua benedicta ecclesiam aspergit. al-
phabentis duplex transversaliter per paumen-
tus scribit. parietes signat crismate et linit. thur-
et thimiamina per quinque partes altaris combu-
rit. reliquia includit. altaria ornat et vestit. emu-
nitatem et privilegia impendere consuevit.

Finit Liber Nonus.

**De materia et forma
et eius proprietatibus**

Liber Decimus.

Completo tractatu de proprie-
tatibus temporis et
partium eius / agendum
est de inferioribus
et materialibus cre-
aturis de elementis
scilicet et eorum que

se elementis materialiter componunt. Sunt autem
materia et forma omnis rei corporalis prima-
ria / ut dicitur in li. de unitate. Materia autem et
forme priuatio nihil aliud est quam totius rei des-
tructio. et est materia contraria unitati et ei dis-
similis ut dicitur ibidem. Materia autem quanta
to est natura subtilior et sublimior tanto ad sus-
ceptionem forme est habilior. quanto vero est co-
pactior et terrestrior et a natura celesti remotior
tanto ad susceptionem impressionum formali-
um est debilior. ut dicitur in li. de quinque sub-
stantiis. et hoc habet propriam materiam sicut ibi-
dem dicitur scilicet suscipere formam et non sus-
cipi / retinere et non retineri. Principium autem
distinctionis diuisionis et alienationis in rebus
generalibus et numerationis est materia / ut
dicitur. vij. metha. quia generans non differt
a generato secundum materiam / et ideo ubi est
generans siue materia idem est substantialiter
generans et generatum in substantia et materia
ut in diuinis. materia enim est causa indiuidu-
ationis rerum. ut dicitur Aristo. iij. metha. quod dif-
finitio speciei per indiuidua est secundum ma-
teriam et non secundum formam. Item mate-
ria propria appropriat sibi formam propriam
ut dicitur. x. metha. Unde secundum substan-
tiam et esse / sub vna forma est vna materia et
sub pluribus plures. Item materia physica est
subiectum quantitatis continue que est diuisi-
bilis in infinitum. et est materia subiectum di-
uisionum. propter quod accidens non potest
diuidi nisi secundum diuisionem et quantita-
tem subiecti. Item materiam infinita dicitur.
vel quia diuisibilis est in infinitum vel quia
habet appetitum ad infinitas formas / et ideo pro-
pter determinationem suorum appetitum et in-
dinationem ad formas infinitas dicitur infi-
nita / et non quod eius virtus sit infinita / non limi-
tata scilicet neque coartata / sicut virtus est diuina.

De materia et forma

et ideo dicitur Plato quod materia fluit in infinitum nisi forma sistat fluxum. et ideo corpora que multum habent de materia et parva forma crescunt multum ut patet in arboribus. et ideo ossa parva habent sensibilitatis quia multum habent materiam et terrestre itatis. ut dicit Avicenna. Latet autem in materia potentia quedam actiua que est forma incompleta. et hec potentia est communis duobus contrariis. Unde quia illa potentia ducit ad actum unius forme appetit statim esse sub forma contraria ut ista potentia que communiter se habet ad frigidum et calidum quando actualiter est sub frigido statim appetit esse sub contrario. Unde nulla forma corruptibilium et generabilium potest sufficienter complere potentiam actiuam in materia quin semper appetat impleri per aliam formam. Illa autem forma cum sit disparata non potest induci nisi per corruptionem forme presentis. Item ergo quod virtus agentis immissa corrumpit presentem sicut forma actiuam ad formam contrariam et dat ei paulatim complere esse donec fiat sub esse completissimo illius forme. Has et multas alias proprietates habet materia quas esset superfluum hic recitare. quere tamen supra li. viij de bonitate mundi.

Etiam recitatis proprietatibus materie reuertuntur proprietates ipsius forme. Et secundum Aristotem in li. de quinque substantiis. forma est quasi lumen unicuique pulchritudinem essentiam et signum tribuens. forme autem lumen materie infusum descendendo fit debile et obscurum secundum materie capacitatem. Est autem forma differentia que differt aliquid ab aliquo ut dicit idem. Formam autem alia est essentialis et alia accidentalis. Essentialis forma est illa que adueniens materie perficit eam et secundum conuenit ad rei aliquam perfectionem. qua. n. posita res ponitur et qua destructa nihil de rei substantia inuenitur. Unde in philosophia dicitur. forma cum materia est causa omnium accidentium. forma autem accidentalium non perficit res neque facit eas esse sicut dicitur. viij met. sed quilibet forma accidentalium indiget forma substantiali que est causa forme accidentalium. forma enim omnis simplicior est et actiualior ac nobilior materia. et ideo secundum Aristotem in li. de animalibus. forma se habet per modum vini quia potest informare multas materias sicut vir potest fecundare multas feminas. unde secundum exigentiam forme que est imprimenda materie oportet materiam disponi et preparari quia si de materia terre debeat fieri ignis oportet quod terra subleuetur et depuretur et simplicior

fiat. Si vero e conuerso et e conuerso. Est autem forma materie manifestatiua. nunquam enim potest sensu videri materia substantiali vel accidentali forma. nisi per viam priuationis sicut videtur tehebra videndo nihil et sicut auditur silentium non audiendo sonum ut dicit Galenus super pla. et commenta. super primum metha. dicit materia est causa quare male videmus res creatas. unde nihil est communius et generalius et tamen nihil ignobilius quam sit materia quia nunquam videtur sine forma. nec etiam potest videri forma nisi cum materie actu sit coniuncta. vbi vero plus est de forma ibi minus est de materia sicut dicitur in. iij. metha. et e conuerso. vbi plus est de materia ibi minus est de forma. et est res magis grossa et impura. magis ignobilis et obscura quanto a nobilitate forme amplius est remota. forme autem alia spiritualis alia corporalis. corporalis vero alia celestis alia elementaris. forma autem celestis est ita actiua quod complet totum appetitum materie sue. ideo propter presentiam sue forme completis totaliter et perfectis celestem naturam substantia celestis non potest destrui vel corumpi sed habet potius per formam suam que in suo actu perfectissima est in esse perpetuo conseruari.

Forma elementaris non potest complete totam potentiam materie sue nec eius perficere appetitum. et ideo relinquit illius potentie materialis aliquid incompletum propter quod semper appetit nouam formam et ideo talia corpora semper corruptibilia quo ad potentiam et sepius quo ad actum. quanto enim forma est nobilior et spiritualior et a conditionibus materie separata magis et abstracta tanto etiam actiualior et virtuosior ut patet in intelligentiis. quarum substantia non dependet a materia sicut dicitur in tertio de anima. In habentibus materiam non est intellectus. verumtamen angelos non habere in sua essentia materiam non affirmo sed siue angelorum essentia sit ex spirituali materia et forma composita siue non hoc pro certo tenetur quod eorum substantia respectu rerum corporalium simplicissima est et actualissima sicut forma spiritualis actiualior est quam corporalis ut dicitur Albu. unde respectu materie nobilior est forma cuiuslibet mixti. nobilior vero forma elementis. nobilissima autem est forma corporis quinti siue celi sed omnes istas formas incorporealiter in nobilitate et actualitate spiritualis forma siue sit in angelo siue in anima precelestis. et hec de proprietatibus forme et materie prout ad hoc opusculum pertinent dicitur nunc sufficit.

Elementū est s̄m Consta. simpla
 er minima corporis compositi par
 ticula. minima autē dicitur ouo ad
 nos qz sensu nō p̄cipitur. Est enī
 p̄ticula minima 2 vltima in corporis resoluti
 one sicut fuit prima in cōpositione. Dicit autē
 simpla. nō qz simplex sit elementū sine cōposi
 tione aliqua sed qz non habet partes aliquas
 cōponētes specie 7 numero differētes sicut ali
 qua corpa que sunt mixta vt patet in metallis
 quoz partes differūt. pars enī quedā est aer q̄
 dam terra 7 sic de alijs. s̄z quelibet pars ignis
 est ignis 7 sic de ceteris. Dicit autem elementū
 quasi elementū s̄m s̄id. ab ille eo q̄ omniū
 corporum sit materia et quasi primitiuū fun
 damentū. et s̄m alios dicit quasi elementū si
 ue alimentū eo q̄ omnia corpa alunt elemen
 taribus qualitatibus 7 augmentant. Sūt autē
 quatuor elementares qualitates quarū due
 sunt active. s. caliditas 7 frigiditas 7 due passi
 ue. s. siccitas 7 humiditas quarū cōuenientes
 differēte superius in. xiiij. li. planius describū
 tur quere ibi. Inter qualitates autē elementares
 cōtrarietas est 7 repugnantia rōne quarū ad in
 uicem agūt 7 patiunt generant 7 corrūpuntur
 Quātūcumqz. n. ad inuicem p̄triant / p̄ in
 fluētiā t̄ celi 7 planetarū virtutē p̄aliantur
 in suis effectibus 7 ad p̄cordiam reducuntur. et
 ideo quodā mirando nature nexu cōiungunt
 nam ignis 7 aer conueniūt in caliditate q̄uis
 discrepant in siccitate 7 humiditate. Aer vero 7
 aqua in humiditate cōueniūt sed discordant in
 frigiditate. sed aqua 7 terra concordāt in frigi
 ditate 7 discordant in humiditate 7 siccitate.
 ignis autē 7 terra que sūt elementa summe distā
 tia s̄m s̄m cōueniūt in siccitate disconueniūt
 tamē in frigiditate. qz terra frigida est substan
 tialiter 7 in vltimo. Ignis vero essentialiter ca
 lidus est 7 in sumo. Existis autē elementis qua
 tuor / duo sūt nobilioris 7 purioris substantie
 7 leuioris. s. aer 7 ignis. et ideo a cētro vsqz ad
 arciferentiam habent motū 7 naturaliter mo
 uent sursum 7 ista duo p̄trahūt nobilitatē suā
 quo ad virtutem operationē 7 substantiaz ex
 vianitate orbis siue celestis corpis a quo reci
 piunt influentiā mobilitatis 7 virtutis. nā vir
 tus celestis primo influit super sperā ignis et
 per ignē sup sperā aeris. et ideo hec duo ele
 menta sunt ceteris sublimiora quo ad situm
 agiliora quo ad motum puriora 7 subtiliora
 quo ad substantiā dantiora 7 magis p̄ spicua
 quo ad formā. virtuosiora quo ad actum. duo
 enim elementa sūt inferiora. s. aqua 7 terra cete
 ris duobus naturaliter grauiora motum a ar

iferentia ad centrū deorsum habentia per ag
 gregationē partium 7 p̄pactionē spissa 7 obtu
 sa. 7 ideo predicat̄ duobz sunt grossiora 7 me
 liora plus habētia de materia q̄ 8 forma. Et
 de p̄pter summā elongationē a spera orbis v
 tuti motiue celi nō sunt ita obediētia sicut duo
 prima. Nunq̄ enī sunt elementa ociosa / immo
 in agendo 7 paciēdo sūt cōtinua. vnde nunq̄
 quiescūt a generatione 7 a motu. terra enī et si
 quiescat a motu / nunq̄ t̄ quietem aut cessatō
 nem recipit ab effectu / et sicut nō sūt ociosa ab
 actu / sic nō sunt vacua ab ornatu. nam quod
 libet elementū habet ornatū suū. ignis sidera
 aer volatilia / aqua natabilia / terra gressibilia
 vt dicit Beda. de quibus aliqua auxiliāte do
 mino breuiter sunt dicenda.

Ignis est corpus simplex in vltio
 calidum 7 siccū. vt dicit Constan.
 naturaliter enī sup aerem sedere q̄
 rit. per violentiam. n. in aere vel in
 terra detinet paulatim in mollē aerez evanesat
 vt dicit s̄si. p̄prietates enī ignis tangit. Dio
 ni. in hierarchia angelica. li. xij. Ignis inquit
 est corpus sensibile longe excellentius 7 subti
 lius omnibz alijs rebus corp̄alibus 7 nature
 spiritali primū acp hoc effectū suū dissimili
 us cūctis alijs demonstrat. Ignis. n. in oibus
 est 7 p̄ oia dare se consuevit et ab omnibz non
 remouet. est t̄ in cognitis / occultis / immensu
 rabilis / inuisibilis / quodāmodo incorporeus
 potens actionē p̄p̄iam / mobilis / tradens se
 omnibz quoquo modo appropinquat / mo
 uens vniuersa se se p̄participantia / renouatiu
 omniū / nature custos / illuminatiuus cum ar
 cūclatis splendoribus / datus / discretus / di
 stinguens 7 resiliens / deorsum pascens / 7 sur
 sum mouens / acute means excelsus / nō recipi
 ens ignominiam minorationis / semp motiu
 cōp̄bensiuus / 7 mutatiuus in se reuerēs / po
 tenter actiuus. 7c. Hec verba diuissimi. Dyo
 ni. p̄fundissima sūt. describit enim ignē quo ad
 eius substantiā / virtutem / 7 operationē. vñ
 dedarationē predictorū verba cōmendatoris
 super predicatū locum breuiter hic ponemus.
 Ignis enī inter omnia elementa sitū habet sub
 limiorē / 7 hoc qz naturam habet leuiorē. et
 ideo dicitur excelsus quia pondere carens sub
 lime querit vl̄ petit / superemmet vniuersis et
 quicquid corporeum preter ipsum naturaliter
 sub eo subsistit inter omnia elementa naturam
 habet puriorē 7 subtiliorē 7 ideo dicitur quod
 dammodo incorporeus qz p̄pter subtilitatem

De materia et forma

sue substantie p̄ter subiectam materiaz sensu nō videtur. p̄pter hoc etiam dicitur q̄ multum videt̄ nature spirituali p̄ximū/ q̄ quandomō videtur ignis esse medius inter visibilia et inuisibilia. in quantum aut̄ appropinquat inuisibilibus est incorporeus. sed in quantum appropinquat inferioribus corporeus est.

Item naturam habet ceteris elementis actiuiorem et in agendo fortionem. et ideo dicit̄ immensurabilis/ q̄ eius virtus et opatio crescit in infinitum/ si materia fuerit infinita. q̄ diu enī materia subiecta sufficit ignis nō deficit. sed sēper potius crescit. Item naturā habet occultiorē. et ideo dicit̄ occultus/ q̄ in sua essentia sensibiliter nō videtur inuisibilis et incognit̄ dicitur. q̄ sine subiecta materia non percipitur/ quid etiam sit in sua essentia seu substantia vix cognoscatur intellectu. Item virtutem et naturam habet alijs mobiliorem. et ideo dicit̄ mobilis et potens omniū. q̄ in igne est principium virtutis motiue quia mouet se et alia/ et a nullo inferiori se mouetur. Item naturam habet ceteris inferioribus clariorē. Unde dicitur q̄ ille est illuminatiuus/ q̄ claritate sua omnia illuminat. sed cum circumuelatis splendoribus nam splendidi ignis radij foris emicant. sed circumuelantur. quia rursus ad secretum substantie sue sinum reducti a nostris sensibus occultantur. Item ex subtilitate sue substantie virtutem habet omnibus alijs acutiorem et penetrabiliorē. p̄pter quod dicitur acute means. quia proprie virtutis motu subintrat sine resistētia et penetrat vniuersa. Item ignis habet virtutem suā et aliorum manifestatiuam et distinctiuam/ nam se manifestādo alia sibi obiecta manifestat/ et eorum colores et figuras oculis representat. et ideo dicitur clarus manifestus discretus distinguens. Item vim habet inferiorum ad superiora attractiuam. nam materiam in quam agit rarefaciendo dissoluit et caloris sui violentia sursum trahit propter quod dicitur deorsum pascens et sursum trahens. Item virtutem habet renouatiuam. omnia enim veterascunt/ antiquantur/ et deficiunt que virtute ignea non seruantur. v̄t patet in sensibus in quibus deficit calor naturalis. et ideo dicitur renouatiuus omnium et nature custos. Sine enim virtute ignis non potest subsistere virtus alicuius corporis naturalis. Item virtutē habet immutatiuam/ quia omnium naturam in quam agit/ superat/ conuertit in suam speciem et transmutat. et propter h̄ dicit̄ apprehensiuus et immutatiuus. nam materiam in quam agit apprehendens illam nō deserit/ sed consumit

do in suā similitudinem quertit. apprehendēs aut̄ non apprehenditur/ q̄ consumpto eo in quo agit/ in se resilit atq̄ redit. et ideo dicitur siliens et c. Item virtutem et naturam sui ipsius comunicatiuam et sine diminutione diffusiuam et ideo dicit̄ non recipere ignominiam minorationis. q̄ sicut cum effundit nō augetur/ sic cum recipitur non minoratur. neq̄ in eo quod videtur augmentum recipere est capiens gloriam. neq̄ in eo q̄ putatur minor sustinet contumeliam. Item naturam habet purgatiuam. metalla enim que non potest sumere a scoria et rubigine mundificat/ expurgat/ et emundat. Item virtutem habet saporum et humorum alteratiuam. Unde et humores in corpore excoquantur et digerunt/ et abos crudos consumēdo in eis superflua saposos et sanos reddere consuevit. Item virtutem habet sue substantie per rerum omniū et mixtorum corpus essentia diffusiuam. q̄ in rebus omnibus inuisibiliter est idiusus. quanq̄ induci actualiter non videatur. q̄ re inde est manifestum. quia ex forti corporum solidorum allisione ignis excutitur/ in quibus esse nullatenus putabatur. Item ignis subtilitate sua substantiali habet virtutes sui cū alio corpore in medianissime mutatiuam. v̄t patet in ferro ignito/ et carbone inflāmato. et b̄mōi. in quibus ignis ita secundum omnes sui partes singulis ferri et carbonis partibus coniungit̄. q̄ videt̄ vnius substantia / et alterius sensibiliter distantia penitus nō sentit̄. vnde et triplex ignis species a phis diffinitur. Est enim ignis lux/ ignis flāma/ ignis carbo. Ignis enim est in sua spera lux. sed flamma dicitur in materia aeris. carbo aut̄ in substantia terrea siue in feculentia materie grossioris. Has et multas alias habet ignis pprietates. de quibus supra li. ij. in tractatu de ordine seraphin. et libro. iij. in tractatu de qualitatibus elementaribus. s. c. de calore. quere ibi. nam ea que iam dicta sūt hic sufficiant.

Flamma est materia ignea in substantia aerea accensa. nam aer propter sue substantie subtilitatem et immediatam quam habet cū spera ignis vicinitatē de facili ignit̄ et in naturam igneam mutat̄. et scdm̄ q̄ substantia aerea est purior tāto flāma erit lucidior et clarior et nature lucis similior videbit̄. mouet̄ aut̄ flāma naturaliter sursum/ et ab oī pte rei accense linealiter in acutum tēdit et in conum. vnde in sua extremitate habet formā pineam et acutam. vnde in suo acumine p̄pter cursum radioꝝ in angulo acuto fortius caloris sui imp̄mit actionem

et ideo q̄ in summo pyramidalī angulo calidior existit materiam sibi impositā inflāmat facilius ⁊ accendit calorem sc̄m materiam in quam agit ⁊ lucē recepit. Unde si materia est turbida ⁊ fumosa/turbidā et obscurā reddit lucem ⁊ ecōuerso. si materia fuerit transparen̄s et pura/nitilat et radios luminosos vndiq̄ ar̄ cūfundit. tenebrosa illuminat/et abdita pdit. viam ⁊ vie offendicula ambulātib⁹ ostēdit. p̄pter sui leuitatez ⁊ materie aereē mobilitatē in quam agit/ in motu est p̄tinuo ⁊ nunq̄ penit⁹ requiescit. venti modicis impulsus flammaz excitat ⁊ accendit. sed si fuerit nimis vehemēs flāmam dissipat et extinguit tortuose ⁊ anfractuose aerem impellit cōtinue. ⁊ ideo mouetur circulariter et accendit. (vt dicit Alder.) Unde Vulcanus a Junone in terra in proiectus secundū figmenta poetica/dauidus fuit. ex violentia sui motus p̄tes materie in quas agit in uicem alidendo cōuertit/et ex partium collisione mutua sonum facit. locum superiorē quere re satagit ⁊ materiam sibi p̄ incorporationem adberentem ab inferis ad superiora attrahere non desistit.

Fumus est vapor ex partibus materie subtilioribus ⁊ humidioribus vi calore resolutus. Habet autē graues partes mittas cū leuibus ex quibus obscuritatem cōtrahit ⁊ fetorem. vnde aerem denigrat ⁊ in naturam fumigabūdā cōuertit. amaritudinē. n. ex materie grossitie cōtrahit ex acuis acimine oculos amaricat/ac lacrimas puocat/ac sensibiliter visus ledit. sui acimine ⁊ ad cerebrū penetrat spiritum animalēz grauatur ⁊ p̄ cōsequens naturalem. Unde dicitur in libro animalium. q̄ fumus candele extincte ledit pregnantes in tantū q̄ si equa pregnans talem fumum senserit/ faciet abortiuū. fūm⁹ etiam apibus est inimic⁹ ⁊ ledit ancipitres et alias p̄de aues. (vt idem dicit.) fūm⁹ insuper cito mouit postq̄ oritur. (vt dicit glo.) ibi sunt sicut virgule fumi. cito enim in altū ascendit/ ⁊ cito vel subito euanescit. ex igne oritur/ ⁊ anteq̄ appareat ignis apparere videtur. a vēto mouet ⁊ dispergitur ⁊ multipliciter circūferatur. fūmus etiam ostendit ventuz aqua parte veniat. quia illuc fumus tendit quo vētus ipsum agit ⁊ impellit. (vt dicit Grego.) Domos denigrat ⁊ infiat/ ⁊ in parietibus generat fuliginē atq̄ nutrit. loca angulosa perit/ ⁊ i eis infectionis vestigia imprimat ⁊ derelinquit. fūmus etiam aromaticus a speciebus aromaticis resolut⁹/ est sensui olfactus delectabilis ⁊

amicus. cerebri namq̄ est confortatiuus ⁊ spirituz cordis ⁊ capitis reparatiuus. reumaticis nociui fluxus restrictiuus/ desiccatiuus ⁊ restrictiuus et pororum obstructorū aperitiuus. et ad confortationem neruoz ad interiora penetratiuus. serpentum ⁊ venenosorum animalium ⁊ reptilium fugatiuus. omnem etiam fumum ⁊ maxime odoriferum odium tam colubri q̄ serpentes. (vt dicit Grego.) fūmus insuper a cibo vel a potu resolutus/ vim caloris ascendens ad cerebrum neruos sensibiles opilat/ somnuz generat/ ⁊ sensus exteriores ligat/ et per consequens calorem naturalem ad interiora reuocat/ ⁊ virtutem in interioribus adiuuat ⁊ confortat. Si vero fuerit fumus melencolicus aut nimis acutus vel venenosus ex cibo vel potu erit medicina nociua resolutis ad cerebrum aduolat virtutem animalem aggrauat timorem generat/ vt in melencolicis frenesim⁹ et furorem conata vt in freneticis ⁊ ebriosis. obliuionem ⁊ disipiciētiāz generat. vt in litargiis. sensu ⁊ rōnis vsu priuat vt in epilepticis ⁊ caducis. Habet ⁊ multas alias infert corpori fumositates pessimas passiones ⁊ nociuas. fūmi etiam a terra ⁊ mari virtute caloris ad superiora attracti/ aerem inficiunt ⁊ condensant nubes et nubiles generant. Ventis ⁊ tempestatibus ⁊ alijs aenis possionibus fomentum ⁊ materiam administrant. radios solares interceptant et obumbrant/ et hec de fumo nunc sufficiant.

Carbo est ignis actualiter incorporatus terrestri materie et vnitus ac igni. (vt dicit Ray.) Unde ignis per sui incorporationem partibus grossioribus terrestri materie admixtus/ per quādā violentiaz infer⁹ detinet. vū sicut ignis et flamma mouetur sursum/ sic carbo crepitando scintillando grauitate materie deorsum indinatur. Carbo itaq̄ quando ignitur/ vertitur in ruborem. sed quando extinguitur/ in nigredinem. ⁊ omnino perdit pristinam ignis speciem ⁊ decorem. Unde quando fuerit pulchior ex sui ad ignem prima vnitate siue vnione. tāto apparet deformior ⁊ vilior in ipsius ignis extinctione. In carbone autem substantialis humiditas totaliter consumitur. et ideo de facili numpitur ⁊ frangitur. quando humor qui fuit causa coadherentie partium ignis totaliter violentia exauritur. ⁊ ideo in carbone extincto. pars a p̄te de facili numpit. q̄ nihil humiditatis per quā partes cohereāt in ipsius substantia inuenitur. (vt dicit Grego.) partibus

terrestis solis remanentibus ppter dominū
siccatas de facili reignitur. sed postq̄ accen-
sus fuerit ita facilius vel facilius re extingui-
tur. ita q̄ in eo nihil de ignis vestigio propter
nigredinez reperitur. Nigredine enim sua pol-
luit et inficit quicquid tangit. Carbo etiā igni-
tus acutissimum habet ignem. et summe acti-
uum et penetratiuum. unde sui acumine ferrū
coquit et partes eius resoluendo et relaxando
remollit. suo etiam acumine caput ledit. sub-
anere obuolutus in se ignem retinet et custo-
dit. Detectus autem et frigidus aeri expositus
in fauillarum multitudinem redigitur. et subi-
to per se euanescit. (vt dicit Greg.) Carbo ve-
ro si ignitus fuerit plantas concalcantis vrit
et ledit. extinctus vero quauis vrendo nō le-
dat tangentem. stridorem tamen et strepitum
magnum facit.

Scantilla est modica ignis particu-
la ex materia ignea virtute et im-
petu caloris dissoluentis resoluta.
Unde motus scintillaris est subi-
tus. vt enim ignea subito resoluitur et sursum
mouetur. sed ex gravitate p̄tis terrestis ad cen-
trum tandē deducatur. Item motus eius claris-
simus est ad modum stelle. et luminosus. et per
diffusionem sue igneitate in aerem. apparet
viripis et radiosus. Preterea motus eius ad
modum ignis actiuus et virtuosus. naz ex mo-
dica scintilla in fungo vel in stipula recollecta
in ignem maximū subito augmentat. aeris im-
mutatione subito euanescit. et extincta nihil ni-
si fauillam post se derelinquit. vento tempa-
to seu flatu accendit. impetuoso autē extinguit
aerem penetrat. et tñ penetrando ipsum aerez
parum alterat et immuta. quāto est fortior. tā-
to scintillaris motus siue impetus erit maior.
ex materia viridi v̄l humida scintille grossiores
et in suo effectu penetrabiliores generant. verū
tamen pauciores.

Fauilla a fouēdo ē dicta. eo q̄ ignē
foueat atq̄ regat. Est enī cinis mo-
dicus de extinctioe scintillaris ma-
tere derelictus. (vt dicit Isid.) Est
autem fauilla tenuis / mollis / et sicca / atq̄ le-
uis / in superficie carbonis igniti adherens / ful-
gorez eius eberat et furore eius attenuat et mi-
norat. ad modicū ventū flatū dispergitur. disp-
sa vero vix vel nunq̄ recollit. (vt dicit Greg.)
de facili inflammā. sed ppter defectum nutri-
menti subito extinguit. Fauilla etiam quādo
est ignea / ventū raptū sursum tendit. extincto

autem p̄prio pōdere / ima petit. (vt dicit Gre-
go.) vnde deorsum rēdit motu p̄prio. sed sur-
sum extollitur. rapitur impetu alieno.

Cinns a cadendo est dictus. nam de
substantia materie terrestis vt car-
bonis resolutus generatur. (vt dicit
Isido.) Est autem cinis mollis /
despecti coloris / amari et sūptici est saporis /
partes habet tenuissimas et minutissimas. le-
ui flatu sparsionis et diuisionis receptiuas. Ci-
nis habet virtutem colatiuā siue mundificati-
uam. Unde valet ad vestium abluionem. ha-
bet et vim corrosiuam et desiccatiuā. (vt dicit
Constan.) Cinis insuper si fuerit calidus / ignē
ab eo rectum custodit. Si vero fuerit frigidus
destruit et extinguit. Cinis etiam per multam
ignis conflagrationem et violentiam suā for-
mam vilem et obscuram aliquando commu-
tat in speciem vitream atq̄ claram. nā ex ma-
teria cinerum solet fieri vitrum. (vt dicit Gre-
go.) Hoc autem habet cinis defectus et imp-
fectionis. quia quauis quotidie aque v̄l plu-
uie irrigationem suscipiat / sterilis tamen ma-
net. vnde terram quam tangit non fecundat.
sed potius si sterilis fuerit / reddit steriliorē et
in omnibus viliorē.

Aer est dictus eo q̄ ferat ignem et
ab aqua feratur. (vt dicit Isido-
rus.) Aer autem partim pertinet
ad materiam terrestrem / partim ad
materiam celestem. (vt dicit Beda.) Nam pars
aeris superior pura / clara / et quieta / vbi pro-
cello si et ventosi motus non possunt attinge-
re pertinet ad celestem. pars vero inferior spe-
re aque et terre vicina / turbulenta grossa et cō-
pacta / ex humidis et terreis vaporibus corp-
lenta / pertinet ad terrestrem et hec pars aerea
diuersas ex se producat species. (Nam vt dicit
Isido.) Aer vehementius conatatus facit vē-
tos / choruscationes / et tonitrua / contractus /
nubila. conspissatus / pluuias. congelatus / ni-
uem et grandinem / distentus / vel temperatus
serenitatem. (vt dicunt Isidorus et Beda.)
Plus autem habet raritatis et manitatis q̄ ce-
tera elementa. Est autem aer secundum Con-
stan. simpliciter substantialiter humidus et ca-
lidus. Ex propria enim natura seu substantia
est humidus et ex vicinitate orbis. calidus. et
ideo secundum vtriusq̄ qualitatis proprieta-
tem aer est sui naturaliter diffusiuus a superfi-
cie terre et aque vsq̄ ad speram ignis vndiq̄
extensiuus. ex substantie autem sue subtilita-
te et raritate / transparentis est et perspicuus.

Unde rōne dyaphaneitatis sue et transparentie est influētie celestis virtutis/ et impressiois solans luminis receptiuus. virtutis inspirandi et respirandi est aer oībus animāibus in ministratiuus. omniū enī animāium est respiraculum et volatiliū celi propriū habitaculuz. Si enī enim aere nō pōt viuere aliqua aiata creatura. Aer. n. rōne leuitatis substantialis est naturaliter mobilis et alterabilis ac vtribilis i oppositas qualitates. vnde ex vaporibus terre et maris sepe recipit immutationē nam si vapor fuerit fetidus et corruptus ac venenosus aer corrumpit. et inficit/ cui talis vapor pestifer admiscet. Si vero fumus ex pura et mūda substantia fuerit resolutus et odorifera. aer odoriferam et nature amicabilem et incorporatione fumi odoriferi recipit qualitatem. Item aer nos arcādās summe nobis est vtilis ppter anhelitus necessitatem et vitalis spiritus p̄tinuū nutrimentū. Si enī datus/ lucidus/ et purus fuerit humores atqz spūs erūt lucidi et puri. Si vero turbidus et nebulosus. humores erūt turbidi et spiritus grossi ac infecti (vt dicit cōstan. et philareus) vnde aer ē elementū et corporū et spiritū. Euentatio enī aeris aduenies spiritibus est causa melioratiōis eorū et de puratiōis et mitigationis/ p̄hibens spūs et humores ab inflammatione. attractus. n. a pulmone cordi et p̄ cor totū corpi prebet temperamentū. vnde aer maxime imutat corpus/ qz ingreditur ad interiora spiritū/ et miscet cum eorū substantia qui corpori prebet vitam. Unde si fuerit aer purus et mediocris in suis qualitatibus temperatus/ ad cōseruationem vite maxime p̄ficiat. Si vero fuerit corruptus distempatus/ maxime ledit et corrūpit (vt dicit cōstan.) Quāto autē est a terra remotior et celo vicinior/ tāto purior et similior etheree puritati. Quāto vero terre vicinior/ tāto frigidior et spissior et similior terre qualitati. vnde ex vaporibus terre ad interiora aeris attracti/ varia et cōtraria in aere generant. et quanto aer est grossior et spissior/ tanto sol in eo fortius imprimat calorem radioz/ ppter radioz solanū repercussionē/ conuulsionē et contractionem. Ex passionē autē solanū radioz in aere humido et denso generant in eorū varij colores (vt dicit in libro methe.) sicut p̄ in assub et in iride et p̄similibus. s̄fit autē aeris cōdensatio triplia de causa. s. ex vapore presertim terrestres suas et grossas cū aere p̄miscente vel ex frigiditate partes humiditas aens cōgelatē vel ex generatione noui aeris secūdam in se recipiente/ per cuius ad primam additionē aer ingrossat. (vt dicit philosophus.) Rarificat

aut et subtiliatur et causa cōtraria. s. ppter vaporis ascendētis p̄sumptionem ppter fortiori calorem aerem extenuantem vel clarificantem vel igneam partem ex p̄ticularis aeris generationem/ p̄ vltimam humiditatis sue rarefactionem et caliditatis intentionem/ aer in naturam igneam transmutat. Immutat autē aer secūdam substantiam vel qualitatem multipliciter (vt dicit Auicena.) Et primo ex solis appropinquatiōe vel elongatione. calefit. n. aer qm̄ sol ad nostrū habitabile appropinquat/ quemadmodū frigescit qm̄ se elongat. Item ex ortu et occasu stellarū immutatioe/ stelle. n. tam errante q̄ fixe sunt cause quare aer in suis qualitatibus immutat. sole namqz cū aliqua stella frigidi effectus/ sicut saturno in frigido signo p̄ueniente/ intendit frigus in aere. Si vero p̄uenit cū calido planeta vt cum marte/ est causa quare in aere fit excessus in calore. et sic de alijs est intelligendū. Item immutat ex varia dispositione terre situ et positione. Nam in parte septentrionali fit siccus aer et frigidus. australis calidus et humidus. orientalis calidus et siccus aer. Occidentalis frigidus et humidus. Item ex terre elevatione vel depresso ne/ qz in montibus est aer frigidus. in vallibus autē calidus. cuius rōnem reddit Constan. in panthe. dicens. Boeras inquit ortum h̄ ab eminenti zona. vnde loca eminentia expent mouet et subtiliat aera et sic frigidat qz omne subtile cū habeat exalationē p̄ motū infrigidatur Aer aut in vallibus manet quietus et calidus Item immutat aer ex vicinitate maris/ qz terra vicina mari septentrionali frigida est et sic ex vapore in mari resoluta. Ibi. n. calor est debilis. et ideo mare aquilonare parū calcescit. vnde ponticum mare est quasi dulce. In mari australi est p̄tranū ex causa cōtraria. Item immutatur aer ex cadauerū et paludū p̄p̄nitate ex quorū corruptione aer contrahit corruptionem et efficitur putridus et quasi pestilens. et accidit ista aeris infectio in fine estatis vt in autūno. quia tunc aer ex sui natura ē subtilior. et ideo conuertibilior. propter quod accidit ei talis corruptio/ ex commixtione malorum fumositatum que ascendunt ex putredine cadauerum vel paludum vel alterius rei cuiuslibet corrupte. (vt dicit Johannes.) Dicta de aere in generali sufficiant.

¶ Finit Liber Decimus. ¶



De Aere et eius proprietatibus.

Ziber Uideamus.

Hinc de impressiõibus que fiunt in aere est dicẽdus. Primo de his que fiunt ex vapore calido et sicco / sicut est ignis perpendicularans qui quando apparet in aere et tunc non est aliud nisi impressio generata ex vapore calido et sicco in prima aëris parte eleuato habente latitudinem in profundo et longitudinem in supremo / secundum figuram flamme pyramidem per ignem et motum celi inflammato / Secundus est ignis longus qui est impressio generata ex vapore calido et sicco in suprema parte aëris carente latitudine manifesta respectu sue longitudinis / inflammato per virtutem ignis et per motum firmamenti. et dicitur hec impressio draco euomens ignem.

Tertia impressio vocatur candelæ et generatur ex vapore calido et sicco in suprema parte aëris habente partem longitudinem et latitudines equales tamẽ / propter quod apparent quasi rotunde figure inflammate per calorem ignis et motum celi. Quarta enim impressio vocatur assub ab Aristo. et est duplex scilicet ascendens et descendens. et generatur hec impressio ex vapore calido et sicco subtili in suprema parte aëris longitudinem et latitudinem magnam habente / proportionales tamẽ inflammato vehementer et calefacto per ignem et motum firmamenti petens superiora propter subtilitatem materie et vehementiam inflammationis. Alia est impressio et dicitur assub ascendens. generatur autem ex vapore calido et sicco / grosso / longitudinis et latitudinis equalis existente / in parte superiore medijs intersticijs aëris inflammato per ignem et motum firmamenti. descendit autem in ferius propter frigus circumstantis et pondus materie grossioris ut dicit Aristo.) Hæc impressiones sunt quas vulgus putat esse stellas de nocte cadentes de celo vel ad celum ascendentes. fiunt et alie impressiones ex vapore sicco / sicut ventus qui secundum Aristo. est motus vaporis sicci eleuati a centro terre cum aere et in aere cum aliqua virtute celesti incorporati. Unde ventus secundum Be. Nihil aliud est quam aer motus et circa agitur. ex fumositate enim a terra ascendens

et aere in repellentibus generatur ventus. hanc tamen descriptionem arguit. Aristo in theopi. quod descriptio non vniuersaliter predicatur de sua descriptione. quod non omnis aer motus est ventus oportet enim ad hoc quod aer motus sit ventus quod ibi sit maximus impulsus et quod multum de aere diutius impellatur. et ideo diffinit sic Constantinus. Ventus est vapor frigidus et siccus externis et aquis per calorem resolutus aëris per incorporationem sui fortiter commouens et impellens. Alii ponunt causam ventorum esse nubes in aere existentes / sua mole aërem binde premittentes et impellentes. quod ex tali motu nubium et impulsu fit ventus. Alii autem dicunt ventum perari ex conflictu brachiorum maris in quatuor partibus terre. nam in aquilone brachium australe conflictum facit in orientem et commouet mare ex cuius motu mouetur aer et fit ventus qui vocatur subsolanus. Quando vero conflictum in occidentem fit ventus qui dicitur fauonius siue sephirus. Econtrario si brachium orientale et occidentale fecerint conflictum in meridie fit ventus qui vocatur auster. Si in septentrionali fit ventus qui vocatur boreas. Ex alijs reflectio inibus maris intermedijs dicitur ventos collaterales generari. Alii adhuc dicunt (ut dicit Beda.) quod ex caueis terre fit ventus hoc modo. quod aer labilis est nature. et ideo subintrat caueas terre et exit. cum autem una pars nititur exire et alia subintrare fit conflictus et mouetur aer et fit inde ventus. et inde est eolia regio ventorum que est regio caueosa. Primum autem generationis rationem ventorum approbat Aristo. in li. meteororum. vbi dicit quod duo sunt genera vaporum qui per calorem a terra dissoluntur. vnus est humidus qui est materia pluuiarum et aquarum per maiorem condensationem vel minorem. Alter vapor est siccus et est materia omnium ventorum. vndeque autem pro vocatur ventus siue generatur hoc est manifestum. quod ventus summe mobilis est et motus inquietus et agitationis in aere commotiuus. est etiam tempestuosus in mari et in aere tempestatum generatiuus. Item si ventus est moderatus et nauigantibus in mari non contrarius / itineris ipsorum est directiuus et promotiuus. econuerso autem si contrarius fuerit et immoderatus / periculum et timorem ingentem et fit itineris retardatiuus. Item ventus subtilitate sua et impetu penetrat et ad interiora maris. per cellarum et maris vndarum est eleuatiuus / extensiuus / in partes oppositas et diuisiuus. Item ventus borealis cum sit frigidus et siccus est aëris depuratiuus / pluuiaum nubium ac nebularum fugatiuus et serenitatis inductiuus. Econ

terfo autem australis cum sit calidus et humidus
contrarios habet effectus / aerem enim condensat /
turbulentiam et obscuritates generat (ut dicitur be-
da.) Item ventus quando obstaculum inuenit
sue virtutis siue fortitudinis est ostensiuus.

Zunceni maxime apparet fortis et violentus
vnde et arbores et domos sibi resistentes / diru-
it radicans et subuertit. et ideo dicitur esse ventus
ut dicitur Ipsi. eo quod uehementis sit violentus vir-
tus enim eius tanta est ut non solum saxa et arbores
uellat. sed etiam celum et perturbet maria atque moue-
at (ut dicitur Ipsi.) Item ventus est humoris superflui
presumptiuus et lubricitatis / ac immunditie
abstersiuus. nam viae que per inundationem plu-
uiarum effecti sunt lubricae et sordide / per flatum
venti fiunt munda. Item tempus venti flatus
est ignis et flammie exaratiuus. Si uero fuerit
nimis impetuosus et intensus / erit eiusdem exten-
siuus. Item ventus in suo ortu inuisibilis est
et occultus. sed paulatim per aggregationem
partium vaporaliu in aere est augmentum recepti-
uus et superius manifestatiuus. et ideo dicitur
li. merbe. quod venti quando oriuntur de terra sunt
debiles. sed postquam efficiuntur fortes / propter mul-
titudinem vaporum qui post in aere multiplici-
cantur et aggregantur. Item ventus mouet circula-
riter et tortuose. nam vapor qui ascendit primo
sursum / fecit postea in circuitu terre. et ideo
eius motus est tortuosus et circulariter processiuus
Item venti impetus est palearum leuatiuus /
pulueris et cineris dispersiuus / viscae inflatiuus
et extensiuus per sui subintrationem. Intra-
t cauernas et spongiosas terre partes. est ventus
terremotus generatiuus. ex vento enim interclu-
so et agitato in ventre terre fit terremotus (ut dicitur
Aristo.) Nam pororum tam terre quam anima-
lium est ventus aperitiuus / et ad interiora terre
subtilitate sue substantie penetratiuus. et per sui
interdusionem intrat partes aqueas / et est ventus
in superficie aque elevationis / et spume causa-
tiuus. Est etiam ventus in aquarum superficie
dissimilitudini partium et inequalitatis induci-
uus. Nam aqua esset equa superficialiter atque
plana / si ventorum impulsu nullatenus moueretur
ut dicitur Ipsi.) Item vapor ventuosus a visceribus
et partibus seu alijs humoribus vi calore reso-
lutus / multarum passionum est in corpore il-
latiuus. nam indusus in stomacho vel in inte-
rioribus visceribus torsiones generat quasi intol-
lerabiles et multas alias passiones sicut hystericam
dropisim / arthriticam et hmoi. In auribus etiam
facit sibilum et tinnitum. vnde inficit et impedit
audibilem spiritum siue auditum.

Venti autem sunt duodecim quorum
quatuor dicuntur esse cardinales. et
octo collaterales. Primus autem
cardinalium dicitur subsolanus qui
oritur in oriente sub equinoctiali parallelo. ibi
enim quandoque fit maximus aeris impulsus
et transuerberatione terre / vel aque in aera et
qua fit ventus. et dicitur subsolanus quasi sub
sole natus. quia nascitur torrida zona sub qua
semper mouetur sol. Iste ventus habet duos
collaterales scilicet vulturum versus septem-
trionalem. et eurus versus austrum. et possunt con-
tineri in hoc versu. Sunt subsolanus vultur-
nus et eurus eorum. Hi venti sunt calidi et sicci.
calidi quia sub sole diu morantur. sicci autem
quia mare orientale est a nobis valde remotum
vnde antequam ventus orientalis ad nos veniat
si quid habeat de humore humido / totum ca-
lore solis est consumptum. ventus vero subso-
lanus est in calore temperatus. sed quando in
vulturum deducit omnia desiccatur. quando au-
tem in eurus generat nubes. Venti autem ori-
entales secundum Constan. sunt salubres in or-
tu dicitur. quia ab aere veniunt temperato et sub-
limato. nam ut dicitur idem regionum orientalius
est aer datus et parum siccus. Inter calidum et
humidum temperatus. vnde talis ventus aquas
clarificat et eis saporem suauem administrat.
vnde venti orientales corpora in sanitate custo-
diunt. propter suatum temperiem qualitatum.
partes etiam orientales maxime fructibus et flo-
ribus habundant plus quam aquilonares vel oc-
cidentales. Item flumina contra orientem flu-
entia et mare orientales subintrantia sunt meli-
ora et saniora ac danoza. quia ventorum orien-
talium concussionem et solis orientis reuerbera-
tione / aque subtiliantur et depurantur. Secun-
dus ventus cardinalis est fauonius et oritur in
occidente sub parallelo equinoctiali. et habet
iste ventus duos collaterales scilicet cirium ver-
sus septentrionem. Zephyrum versus austrum
et continentur per hunc versum. Cirius occa-
su zephyrus fauonius afflant. Dicitur autem
fauonius eo quod foueat ea que nascuntur (ut dicitur
Ipsido.) Hyemem enim resoluit / graminum
et flores producit. Est autem fauonius tempe-
rate frigidus et humidus. frigidus est quia per
quam morem facit sol in occidente / ad nos venit
antequam a solaribus radijs incalescant. venti itaque
occidentales in fine diei sunt salubriores et
temperatiores. quia sol in occidente sublimat
eos et depurat. quia ergo regiones occidenta-
les / aerem non habent perfecte temperatum in
calore et humore ideo eorum aqua mutabilis

De aere et eius proprie.

et turbida eo quod in principio diei/radijs solari-
bus non dirigatur. nam in principio diei ven-
tus ibi nimis est frigidus. in vespere vero cale-
fit (vt dicit Constan.) Tertius ventus cardis-
nalis est auster et oritur sub polo antarctico eadez
de causa qua et primi. et habet duos vientos col-
laterales. scilicet. notium versus orientem. et affricum
versus occidentem. qui norantur hoc versu. Atque
die medio notius heret affricus austro. Auster
autem ab hauzendo aqua est dicitur. Est autem calidus
et humidus et fulmineus. densum facit aerem
atque spissum et nebulas nutrit suo calore. po-
ros aperit et sua humiditate pluuias multiplicat
et adducit (vt dicit Isido.) Tempestatem in ma-
n generat. quia ab imo flat (vt dicit Be.) Po-
ros corporum aperit/virtutes animales impedit
grauitates in corpore facit (vt dicit Hippo.) Ele-
ti inquit australes grauant auditus caliginosi
sunt et capita grauantes pigri dissoluentes.
Dissolunt enim venti australes humores ab in-
terioribus ad exteriora sensus et grauitatem fa-
ciunt colorumque corrumpunt et egritudine faciunt reci-
diuationem podogram et pruritum comouent. pi-
lentiam et acutas febres. Ventus igitur austris-
lis oritur in zona iuxta polum antarcticum que
pro nimia eius frigiditate est inhabitabilis. unde
naturaliter est frigidus et siccus quantum est
de suo ortu/sicut et septentrio qui flat ab aere
opposito. sed dum transit per torridam zonam/
ibi calorem assumit et quia versus meridiem venit
ubi est maior aquarum copia et loca vapore et
rore plena/humiditatem contrahit et acquirit.
Unde et apud nos calidius et humidius inue-
nitur et ipso flante aer predicto vapore repletus
in pluuias resoluitur. quia de ampla zona aerem i-
pellit ad nostram angustiam. ideo condensat a e-
rem. unde generantur nubes quarum obiecti so-
lares radij obscurant (vt dicit Isid.) Multas
itaque habet auster laudabiles proprietates.
Quia est ventus mollis et remolliuus calidus
et humidus pluuie et roris ministratiuus/po-
rorum terre aperitiuus/geminu et seminu pro-
ductiu/nutritiuus et augmentatiuus/supraffi-
dei terre renouatiuus pennaru veterum et plu-
marum in aibus mutatiuus. humoru frigidu-
rum et spactorum in corpore dissolutiu. sudoris
et euaporationis fumositatum et humoru sup-
fluorum preuocatiuus. reptiliu et vermium terre-
strium de interioribus terre educiu. Quare
ventus cardinalis dicitur boreas qui ortu ha-
bet sub polo arctico/eadem de causa qua et pre-
cedentes et habet istos collaterales scilicet aqu-
lonem versus occidentem. et chorum versus orien-
tem. et norantur per hunc versum. De boreas a

quilo veniunt et chorus ab alto. Et dicitur bo-
reas ab hiperboreis montibus a quibus flat (vt
dicit Isido.) Sicut auster dicitur affricus de
provincia affricae aqua frequenter solet flare.
Dicitur et septentionalis. quia flat a parte aeris se-
ptentrionis et oritur ex locis aquosis et conge-
latis et constrictis propter nimiam remotionem a
circulo solis et ex montibus excelsis ex quibus ad
nos venit et cum ab illis locis nequeant vapo-
res dissolui propter nimiam congelationem/aerem
serenum reddit et pestilentiam ab austro ortam
reprimat et repellat (vt dicit Isido.) Elemen-
tia sui frigoris terram et aquarum superficiem co-
nstringit. et nunc in glaciem/nunc in crustalli speci-
em secundum maiorem vel minorem induratio-
nem alterat et conuertit. Di quatuor ergo ven-
ti cum sint frigidi et siccis corpora inderant et po-
ros claudunt/humores putrificat/spiritus et
sensus subrillant/vim digestiuam adiuuant/
virtutem retentiuam confortant/aerem pestilen-
tem sanant. vim geratiuam augmentant (Un-
de dicit An. libro. xiiij.) quod in conceptione fetus
si ventus fuerit septentionalis natus erit ma-
sculus/et e converso si fuerit meridionalis (dicit
Constan. li. v. c. vij. quod ventus aquilonans hu-
mores malos contrahit et impedit ne in alia me-
bra discurrant. verumtamen nullum facit/propter
peccatis deficcationem. terre et corporum facit
asperitates frigiditate et siccitate sua. nervosque
curat/contrahit/et constringit. ideo ad motum
et operationes membra impedit atque ledit. fru-
ctus et flores tenores ledit et corrumpit/vineta
as geminantes et florentes exurit/herbarum
et arborum virorem spoliat atque tollit/humo-
res deficcet exteriores et interiores. et ideo pesti-
cis est nociuus. quia pulmonem suam siccitate di-
lacerat et ulcerat (vt dicit Galie.) Ventus frigi-
dus et siccus et de angusta zona veniens ad am-
plam aerem rarefaciens subtiliat et deficcet et
gelando partes humiditas terre que aque su-
perificialiter coadunat. Unde dicitur aquilo qui
si aquas ligans (vt dicit Isido.)

Nubes est impressio facta in aere et
multis vaporibus in medio aere
interstitio aggregatis in unum cor-
pus/ex loci frigore condensata.
Unde nubes est communis materia ad niues
pluuiam et grandinem. Habet autem nubes
sicut generari. nam calor celestis in sua parte aqua
et terre vapores ad se subtilissime attrahit.
et partes earum subtiliores consumens/et resi-
duum condensans in nubem conuertit. unde
dicit Isidorus.) Nubes est aeris densitas et

vaporum et fumositatum terre et maris attractio-
ne conglobata / aënis leuitate et ventorum impul-
su / a calore in concavitate ventris nubis inter-
cluso. hincinde mouetur nubis substantia / et in cir-
citu agitatur. Est autem nubes concava natu-
raliter et ad modum spongie cauemosa. et ideo
impressionis superiorum corporum est de facili
receptiua. et ideo per radios solis subintratio-
nem et multiplicas forme et coloris representa-
tiua. vt patet in arcu celesti. qui nihil aliud est
quam nubes rosida quedam / in cuius substantia
multiplex forma per solis radium generatur.
Est autem nubes interior concava / et per sui fi-
gurationem cum sphaera celi cui appropinquat ro-
tunda est. Exterior est connexa a latere autem
non est ei aliqua forma siue figura determinata.
Nam quando nubes nubi lateraliter appropin-
quat / altera alteri in figura se reformatur (vt dicit
Beda) Item nubes leuitate sue substantie sur-
sum est motiua. et secundum quod a vento plus vel
minus pellitur citius est uel tardius proces-
sua. Item secundum quod ex subtilioribus et purio-
ribus vaporibus est composita magis est illumi-
natio et impressionis radiorum solarium re-
ceptiua. Diaphaneitate enim sua et transpa-
rentia / luci est pura nisi quando ex nimis gros-
sis fumositatibus ipsius substantia est in aere
aggregata. tunc enim est obscura et per sui inter-
positionem inter nos et solem luminis solaris
est interceptiua et aliostris aspectibus ablati-
ua. Est etiam caloris solaris per sui oppositionem
mitigatiua. propter quod nubis presentia / mello-
ribus et aliis in estu solaris laborantibus est
accepta. Item nubes quando calori solis in plu-
uiam resoluta / per imbrium effusionem est terre fecunda
datiua et germen ac seminum de terra produ-
ctiua. Item cum omnium fere que generantur in aere
sit quasi mater et communis quedam materia / di-
uersarum rerum est ad terram de sua substantia
transmissiua. quod patet quia nunc pluit. nunc gran-
diuat / nunc fluminat / nunc mingit / nunc pro-
nat. Item nubes ex aquis marinis aggregata
et in altum contra solem suspensa / beneficio caloris
celestis est contra marine salcedinis / et amantudi-
dinis in dulcedinem conuersiua. nam de mari
originem contrahit / et cum depurata a sole ma-
ris amantudinem non sapit neque sentit. Item nu-
bes in pluuiaz resoluta utilis est terre et proficiua
sed quando resoluitur in ventum. plurimum est nocua.
quia tunc est tempestatis non modice in mari uel
in terra generatiua Item nubes in alto aënis
interstitio suspensa videtur celo esse proxima et
coniuncta cum tamen in ventis magis terre quam
celo sine copatione aliqua sit vicina. Item cir-

cumflutus siue mutua collisio nubium est aë-
ris aliquoties inflammatiua et choruscationis
ac tonitruu causatiua. Item ex vento in ventre
vel concavitate nubium interduso / fit aliquando
partium nubis subita disruptio et ex tali par-
tis a parte subita attritione / est nubes strepitus et
tonitruu effectiua. Item quando a paludibus siue cada-
uerebus siue alijs corruptis rebus / fit vaporum cor-
ruptorum attractio ex eorum corruptione in substā-
nubium procedit ex ipsis nubibus corruptis /
corruptio maxima est pestilentia infectiua. Item
quāto nubes terre est vicinior et a celo remotior
tanto est maioris quantitatē aspicientium oculis
ostensiua. Unde maxima nubes quādo est vi-
cina celo videtur minima. quā vero in se minima est
iudicatur maxima / que terre est vicina (vt dicit
Beda.) Item nubes ex solis vaporibus sicca
et ventolis generata / solet esse deceptiua. nam
imbrem futurum pretendit. sed in fine propter ven-
tum et turbinem nihil soluit. Item nubes plu-
uiosa si subito et simul ad terram corruit / terre
ubi cadit quia submergit eam est nocua. sed si
paulatim et guttatim fuerit resoluta / magne uti-
litatis est frugibus collatiua. Item nubes sepe
suis guttis terram rigat / sed irrigando eam sui-
ipsius est presumptiua. quia dum alia irrigat et hu-
meat / per sui dissolutionem seipsam amulat
(vt dicit Grego.) Item quando vna nubes alte-
ri nubi est contraria tempestatis et temotionis est
in aere excitatiua. contrarietas enim et aduersus
concurfus nubium ex contrarijs impulsibus ven-
torum / ex quorum collisione vel allusione nimia
fit commotio in aere et in terra.

Iris est impressio generata ex nube
concaua et rosida ad plumas prepa-
rata in stillicidijs infinitis tanquam in
speculo relucens / habens figuram arcum ale-
varios colores exprimens a radijs solaribus
vel lune generata. sed a radijs lune causatur ra-
ro. quia non nisi in .l. annis (vt dicit Aristo.) Bre-
uitate celestis est nubes aquosa per omnes sui par-
tes solis radijs penetrata (vt dicit mar.) Et di-
citur arcus a similitudine arcuati arcus. nam
quandam conueritatem in summitate nubium
pretendit et conuua quedam reprimat ad terram
et extendit (vt dicit Isido.) In hoc autem arcu
quedam sunt pertinentia ad eius generationem
quedam vero ad eius speciem siue formam et fi-
gurationem. et quedam ad eius virtutem et ope-
rationem / quo ad generationem eius attendit-
tur quod substantia eius ex refulgentia et reflexione
radiorum in nube rosida imbrifera generatur.
Item quod plena facie semper respicit solem ex op-
posito. et a sole respicitur. Item quod a terra versus

De aere et eius proprie.

ad celum circulariter eleuatur nam duobus cor-
nibus terram petit et vertice celum tangit. qui
quanto contrahendo comprimif/ tanto plus i
conneritate extendit/ et in figuram circuli eleua-
tur. Quantū autem ad figuram et speciem est
sphericus et circularis et per spiciuus et specula-
ris in colore multiplex est et singularis. nam in
iride ppter eius transparentiaz et diaphaneit-
tatem/ refulgent species et forme sibi opposite
et obiecte. et ideo apparet coloratus. Nam secu-
dum Bedā colorem p̄trahit ex quatuor elemē-
tis. nā in ipso velut in speculo forme et species
elementoz relucet. vnde ex igne contrahit colo-
rem rubeū in supremo. ex terra viridez in infi-
mo. ex aere lacianū et ex aqua ceruleum i me-
dio (vt dicit Beda) Et hi colores sunt ad inui-
cez coadunati (scdm Aristo. in li. methe.) Pri-
mo enim est color rubeus seu vinosus qui fit
ex radio tangente superficie rotūditatis nubis
Deinde sequit color mixtus. s. blaneus vel cer-
leus scdm qualitatem vincentē et dominantez
in vapore existente in medio nubis. Deinde
apparet in infimo coloris viridis et in inferiore
parte nubis / vbi vapor magis est terrestris. et
hi colores sunt principaliores alijs. qz secun-
dum philosophum multos alios habet colo-
res inter quos distinguere sensui est difficile.
Et ideo dicit philosophus q nullus pictor pos-
sit depingere colores arcus siue fingere. Cau-
sa aut iridis scdm aristo. est repercussio radij re-
deūtis ad vaporem p̄trarium nubibus sicut
splendor refulgens in aqua relucet in pariete
rediens ad ipsum et cū non videatur arcus / ni-
si per radium solis per diē. aut per radium lu-
ne p noctem impeditur ipsius visio vel ppter
turbulentiam aeris vel debilitatem visus. aut
ppter obscuritatem et densitatem nubis / radi-
orum illuminationi resistentis. Videtur autē
tempore pluuiali qz tunc resoluitur supfluitas
vaporis coartati in nubibus et fit ex eo rotatō
parua / in qua relucet radius sibi oppositus et
fit formatio iridis. vnde contrahit varios colo-
res ex varietate vaporis in quo relucet radius
sicut dicit Aristo.) Quo ad virtutem eius ex
operatione sui in repositione feruorem solis
temperat et mitigat per sui resolutionez in plu-
uiam vel in rorem inferiora vegetat et fecūdat
p sui figuram et multiformam colorū variatio-
nem. superiora pulchrificat et decorat domini-
um humiditatis in aere signat. Et ideo ante iu-
diciū (vt dicit Beda et magister in historijs)
per ānos quadraginta nō apparebit. hoc erit
signum desiccationis et defectus elementorū
(vt dicit idem) Pacem et concordiaz inter deū

et mundū designat et diuinum iudiciū p di-
luuiū p̄teritū fore denūciat et demonstrat si-
cut et solis. s. in qua pre celi sit sol sua presentia
indicat. qz nunq̄ est in eadem parte celi cum so-
le. sed semper ex aduerso. Sole enim existente
in oriente/ apparet arcus in occidente. et con-
uerso. et sole existente in meridie/ apparet arcus
in septentrione. In parte autem australi siue
meridionali nūquaz apparet (vt dicit Beda)
In hora autem recte meridie nūquaz appa-
ret/ cuius rationem assignat philosophus. qz
in meridie quando mediat sol orbem/ tunc re-
splendet radii ei i vtroqz orizōte fm eq̄litatē
q̄re nō resplendet tūc plus in vna parte quā in
alia. et ideo nō apparet arcus in aliqua parte
celi in pūcto meridie (vt dicit Ar.) (Rarissime
autem videtur de nocte immo nūquam nisi in
plenilunio (vt dicit Beda) Et hoc non con-
git nisi bis in. l. annis secundum Aristo.)

Ros ē impressio generata ex vapo-
re frigido et humido nō congrega-
to in corpus nubis in inferiori pre-
medij intersticij aeris paruo frigore occurrente
dicit autem Aristo.) q non fit ros nisi quan-
do auster flat scdm eum. Quoniam ros est plu-
uia pauca / pluuia est ros multus. vnde ven-
tus australis sua humiditate rorem generat et
nutrit/ quem aquilo sua siccitate lambit/ et in-
tensa frigiditate comprimit et constringit. luna
etiam humiditatem suam aeri imprimit/ et ge-
nerationis rois in aere causa existit (vt di. Am-
bro.) Vocans lunam matrem rois. Unde de
nocte virtute lunari in aere primo originem oc-
culte contrahit/ et tandem insensibiliter descen-
dens per herbarum superficiem suauiter se diffū-
dit. In suo autem descensu herbis et plāis vi-
gorem tribuit. et quod estus diuinus desiccā-
do et consumendo indinauerat/ ros nocturnus
reparat/ erigit et subtollet. Item in herbarum
summitatibus guttatim se recolligit/ et quasi
suam originem petens ad aera ascendendo/ se
per in foliorum extremitatibus se suspendit.
Item ardorem solis non sustinens/ cito ad ta-
cum solarium radiozum dissoluitur et penitus
euanescit. virtutem tamen suam aeri impressā
non deserit. quia per sue diffusionis presentia
per aera effectum suum in herbis et seminibus
manifestissime derelinquit. Item ros cum sit q̄-
dam substantia aera et in se subtilissima in sup-
ficie/ nihilominus tamen miro modo efficaciter
virtute est. quia terram inebriat et fecundat. et
medullam in gramis amplificat/ et augmentat
ostreas et alios pisces conchilium in mari in-
pinguat et impregnat/ et maxime ros vernalis

Nam verno tempore ostrea se de nocte contra rorem apert / quem descendentes intra se recipit atq; haunit / qui haustus et piscem reficit et impinguat. et per sui incorporationem cum interioribus piscis gemmam preciosissimam generat. s. margaritam / que quanto est nobilior tanto albius atq; maior. sicut dicitur in li. gemmarum. Item pullos coruinos adbuca in pluma albidos / ante quae nigrescant reficit et sustentat (ut dicit Grego.) Item aerem diurno calore calefactum refrigerat et temperat. et si fuerit nimis per calorem precedentem rarefactus / ros per sui incorporationem ipsum inspissat mediocriter et condensat (ut dicitur Albu.) Item ros vim veneni reprimat in animalibus venenosis et coartat ne tantum de nocte quantum de die se diffundat. unde de serpentes latitantes inter herbas partium solent transcentes ledere quae diu flores et gramina sunt in rore. Item ros quous in se gustui videatur ad modum aque insipidus / tamen potestatiue et effectiue est dulcissimus. et mellis ac mane herbis et floribus causatiuus. Nam ex rore celesti in floribus mel et manna in quibusdam parte graeciae generatur (ut dicitur in Platone) Item ros in aere corrupto genitus ex corruptione loci fit corruptus et alijs corruptiuus. Unde talis ros inficit flores tenellos et corrumpit segetes nouellas quae sunt adhuc insipida (ut dicitur Grego.) Et talis corruptio vocatur aurigo seu rubigo (ut dicitur glo. Diero. sup. Jobel. i. ibi) Residuum bruti comedit rubigo (Iheronimus) rubigo est quando tenere fruges noxio rore partuntur et vertuntur tam spicie quam culmini ruborem vel nigredinem vilem. et hec pestis omnia vastat etiam stipulam et fenum in tantum quod nec abo sunt vtilia nec fimo.

Pluuia est impressio ex multo vapore frigido et humido in nube aggregato habundante in quantitate et substantia respectu rosis et magis in frigidat et humectat quam ille. fumi enim ex terra et aqua euaporentes vi caloris celestis ad infimam partem medij intersticij aeris attrahunt. et ibi frigitate loci condensant. deinde calore humiditatem eius dissolvente / et non ex toto consumente / guttatim resoluuntur in pluuiam et imbrem (ut dicitur Be.) Et est pluuia a pluralitate guttarum dicta (ut dicitur Irido.) Eo quod interpolata et guttatim descendere consuevit. Et dicitur imber ab imbuendo. quia terram imbuit et fecundam facit. terra enim sterilis manet super cuius superficiem pluuia non descendit. quanto autem nubes ex qua generatur pluuia a terra est remotior et celo vicinior / tanto suauius et cum guttis granulioribus descendit. quanto vero

tere est vicinior / tanto impetuosius et cum stillis grossioribus descendere consuevit. venti etiam super mare discurrentes multum humorem de aqua superficie recolligunt / quem in materiam pluuiam conuertunt (ut dicitur Beda.) sicut etiam aliquando tanta caloris generatio / ex aggregatione radiorum et eius contractione circa nubem quae vapor quasi adurit et ex vehementi adustione in colorem rubeum commutatur. et ex hoc credit vulgus quod aliquando pluat sanguinem (ut dicitur Aristo.) Est aqua pluuialis multum stiptica et costringitua. et ideo restringit fluxum ventris (ut dicitur Constan.) Est tamen subtilis substantiae et leuissimus plus habens arietatis et aere leuitatis quam aliae aquae. Et ideo multum est alterabilis et conuertibilis in oppositas qualitates et ideo de facili putrescit et recipit corruptionem (ut dicitur Constan.) Dulcior est tamen et sapidior alijs aquis quando in sua puritate permanet et virtute. pluuia ergo si fuerit in qualitate et quantitate temperata et tempore congrua vtilis est ad infinita. Nam terram fecundat / et ipsam si fuerit nimiosa conglutinat / caloris temperiem mitigat aeternam serenat / ventos se dat / pisces impinguat / siccam complexionem adiuuat et confortat (ut dicitur Constan.) Si vero pluuia mala fuerit ac in suis qualitatibus distemperata / ac loco ac tempore in congrua / in pluribus est noxia. Nam profunditatis immunditiae et lubricitatis est in vitijs et in seminis effectiua / graminum et herbarum inutilium multiplicatiua / fructuum et seminum corruptiua. et caloris natalis in seminibus extractiua / densitatis et obscuritatis in aere inductiua et radiorum solarium interceptiua / nubium et nebularum aggregatiua / operum et operantium impeditiua / maturitatis segetum et fructuum tardatiua reumatis et fluxus prouocatiua / morborum omnium humidorum augmentatiua / sterilitatis et famis creatiua corruptionis et pestilentiae iniumentis et ouibus inductiua. Nam ymber corruptus corrumpit germia et inficit herbas pascuales. ex quantum pastu requiritur necessario corruptela in animalibus (ut dicitur Constan.)

Quarta siue stilla est vapor humidus in minutissimas partes resolutus. magne autem fiunt guttae in diebus quando est calor. et resoluuntur partes nubis quae prius erant aggregate propter frigus (ut dicitur Aristo.) Quando enim in aere est calor adueniente frigore / velocius est congelatio vaporis siue aquae. Unde dicitur Aristo. in li. animalium quod piscatores aquam calidam fundunt super sua instrumenta ut citius congelata

De aere et eius proprie.

submergant. *Sutta* autem quādo est terre vicini-
nior / tanto est grossior / et econuerso. Paruitas
enim / et rotunditas eius causatur quia diu manet in
aere remoto a terra / ut dicit Aristoteles. Est autem
humida / mollis / rotunda / puia / et lucida / ter-
re inebriatiua seminum / et graminū humectati-
ua / estus / et ardoris aeris mitigatiua. aeris pur-
gatiua / et cum sit mollissima in substantia / ta-
men ex frequenti casu est lapidum penetratiua
quere infra lib. xij.

Pruina est vapor congelatus (ut di-
cit Aristoteles.) siue impressio generata
ex vapore frigido et humido non
congregato in corpus nubis in medio intersti-
tio aeris congelato per frigiditatem loci / et tempus
in quibus non est aliqua pars caliditatis (ut di-
cit Aristoteles.) Unde pruina accidit duntaxat ex fri-
gore loci et tempus in quo generatur. quia frigus
vaporis partes aggregat / et contrahit / et sic pru-
ine substantiam duram reddit. ex nimia enim fri-
gidityte albescit / et herbas et flores super quos
cadit maridos efficit et exurit / ad modicum so-
lis radium euanescit / et in rorem redit. et quia
pruina nihil aliud est quam ros congelatus (ut di-
cit Beda.) Nam ros descendens ad terram frigidita-
te noctis speciem albam duram et frigidam re-
cipit. et sic in pruine substantiam superficiali-
ter se conuertit (ut dicit idem.)

Grandis est stillarum pluuie / et frigo-
ris / et venti rigore in aere congelato
ut dicit Aristoteles.) Est enim impressio
generata ex vapore frigido / et humido a frigo-
re fugato ad interiora nubis per dominum calidi-
circumstantis. Generatur autem grandis in nubi-
bus a terra longinquis (ut dicit idem.) / et ideo
causa generationis eius est vapor in coequita-
tibus nubis receptus qui ex frigiditate aeris
condensatur. Nam partes humide / et frigide fugi-
entes calorem aeris / se recipiunt in interioribus
nubis / et ibi inuenientes vaporem presertim ag-
gregant et in substantiam grandinis coagulant
et congelant. et ideo in estate frequentius sunt quam
in hyeme / uehemens enim calor generationem
grandinis impedit. Nam dissoluendo vapores
eius presertim aggregari pariter non permittit. Simi-
liter nimium frigus in hyeme. quia tunc non est cali-
ditas in aere quam fugiens frigus se recipit intra
nubem. grandis autem rotunda / et parua descen-
dit ex supremis locis (ut dicit Aristoteles.) Causa-
tur autem eius paruitas / et rotunditas ex mora
eius in aere longo tempore. Unde ex reuolutio-
ne eius diuturna rotundatur / et ex aeris calore per-
tes eius aqueas resolvente minoratur. In gran-
dine in locis vicinis terre generata accidit con-

trarium ex causa contraria. Grandis itaque cum
impetu magno vento ipsam impellentem / et
calore dissolvente terram petit / et percutit / et per
eius superficiem ad modum salis se dispergit
segetes flores / et fructus multum ledit frequenter
per diem quam per noctem descendit. cuius ratio
est quia calor diurnus fugat frigus ad interiora
nubis. Item ventus septentrionalis frigidus
et siccus rorem ab aere descendente congelat / et
constringit. et in substantiam nubis coagulat
et conuertit (ut dicit Beda.)

Nix est impressio generata ex vapo-
re frigido / et humido / et infima parte
medij interstij congelato in corpore
nubis a medio frigido respectu pruine / pro-
pter admixtionem caliditatis in parte / que ca-
lidas indusa in eius substantia / et non statim
dewicta a frigore circumstante / rarefacit eius sub-
stantiam / et mollificat / recipiens albedinem in
calore / propter viciniam frigoris in fine. atque pro-
pter expansionem / et dispersionem partium nu-
bis. et propter frigus debilitatum a calore fran-
gitur in partes latas / ad similitudinem farcte
teste a debili virtute frangentis (ut dicit Aristoteles.)

Nix igitur generatur in nube frigida. minus ta-
men frigida est quam illa in qua grandis congelatur.
et hoc attestatur mollioribus niuis. quia caliditas
admixta nubibus prohibet partes eius inspisa-
ri / et uehementius aggregari. Nix ergo aqua est
durior / et sicior ex frigore constringente / grandi-
ne tamen mollior est ex admixtione caloris in
ventre nubis. dealbatque autem ex frigiditate in
eius superficie dominante / ad modicum calo-
rem nix in aqua resoluitur. et tam a duricia quam
ab albedine de facili immutatur. ex mora niuis
super terram humum impingatur. sua enim frigi-
ditate poros terre claudit. Unde reuocato ca-
lore ad interiora radicum / et seminum / fit hu-
morum interiorum attractio ad radices / et ipso-
rum inuisatio ex qua terra impingatur. Unde
nix herbas malas / et superfluas mortificat / et atte-
nuat. bonas vero nutrit / et impingat. Nix etiam
sua presentia loca fetida / et fimalia / et sterquilima
tegit / et occulta. vias / et semitas propter sui diffu-
sionem regens / itinerantes impedit / et retardat
in alto mari niuem cadere raro (Beda asserit et
confirmat) cuius ratio est quia maris fumosi-
tas continue exalantis niues ambulant. vel a
ventis ibidem stantibus disperguntur. vel an-
tequam possint condensari in niuem in pluuiam / et
nebulam resoluntur. Item feris / et animalibus
nocumentum prestat / quia eorum tegit pasua / et
vestigia manifestat. unde tempore niuis fere a
venatoribus de facili capiuntur. Item loca alta

et motuosa nix frequentat / et diuicius in montibus quam in vallibus perseverat. quod nenti frigidius libentius in montibus quam in vallibus inualescit. Insuper valles sunt montibus calidiores propter maiorem aggregationem et fractionem radiorum. et ideo nives in montibus plus habundant. Item nix vi caloris resoluta terram imbuunt / remollit / inebriat / quam autem resolutione frigiditas sue coactione in sua superficie fortius indurabat (ut dicit Grego.) Item nix propter sue substantie molliem et leuitatem in suo descensu strepitum vel sonum non generat. immo insensibiliter de occulto aeris descendens interficit / suauiter superficie terre se applicat et equaliter se coaptat. Item nix candore suo et pulchritudine ad sui spectum oculos intuentium prouocat. sed si nimis diu aspiciatur / speciem visibilem disgregat et immutat. Item aqua niuea potenciali et actuali frigiditate sua fluxum ventris reprimat et constringit / neruos percutit / contrahit / et opilat. superfluitatem menstruosam vel stumofam eam continue bibentibus generat. membra stupida et quasi dormitancia cito reddit. lapidem in vesica gignit. et frigida et hydrophisum prouocat et nutrit (ut dicit Lonsan.)

Nebula est impressio facta ex resolutione nubium resolutarum in aquam pluuialem (ut dicit Aristo.) Vapores enim sic resoluti dispersi per singulas aeris particulas ac diffusi nebulas gignunt et inducunt. et quanto terre est vicinior tanto est spissior et obscurior / et frigidior inuenitur. a terra vero eleuata magis est solis puia. et ideo minus est frigida et obscura. quando autem nebula a sole attracta totaliter sursum mouetur / in materiam redit nubis. ideo future pluuie est significatiua. quando vero totaliter a radijs solis repulsa deorsum cadit et in suam redit originem deficit et euanescit. vnde purgato aere futuraz presagit serenitatem. Est autem aliquando corrupta ex vaporibus ex quibus generatur / et tunc multum est nocua. fiorum etiam gemmantium vinarum est corruptiua et diuersarum infirmitatum animalibus inductiua. latronibus et peruersis est amica. quod insidiarum ipsorum est occultatiua / itinerantium et peregrinantium impeditiua. quia in magna nebula et obscura via est incognita et incerta. radiorum solis et aliarum stellarum est interceptiua. et ideo nauigantibus egrauis et periculosa (ut dicit Beda.) quia dum nebulae obscuritas maris superficiem occupat quo debeat naua recte pertere abigit et ignorat gubernaculum.

Impressionum quedam generantur in aere ex vapore duplici. Prima est tonitruum. Tonitrus igitur est impressio generata in aqua substantia nubis propter vaporis calidi et sicci agitationem huc et illuc fugientis suum contrarium / ab omni parte coartati in se et ex hoc inflammati / extinguentis se tandem in nube et rumpentis eam (ut dicit Aristo.) Et generatur tonitrus ex collisione nubium (secundum philosophum) quando a ventis contrarijs agitate nubes ad inuicem colliduntur et mutua concussione ad inuicem in violenta contractione fit percussio in aere et strepitus. qui tonitrus est ab antiquis nominatus. Dicitur autem tonitrus vel tonitruum a terrore / eo quod sonus terrae / at audientes (ut dicit Isido.) Nam tonus idem est quod sonus. quia interdum tam grauiter concutit omnia / ita quod celum rupisse videatur. quod cum procella vehentissimi venti nubibus repente se immiserit / turbine inualescente exitumque repente nubem excauat et constringit / et impetu magno eradit et diuidit partes nubis / ac si cum horrendo fragore ad aures venit. quod mirari nullus debet cum vesica quauis sit parua tamen magnum sonum compressa efficit et emittit cum tonitruo vero simul fulgur emittitur. sed celerius videtur fulgur quod clarum est. tonitrus autem tardus peruenit ad aures. quia subtilior est sensus visus quam auditus. et ideo primo videtur lucem siue fulgidum lumen quod precedit quam audiat sonitum subsequentem. sicut homo prius videt icam hominis arborescentem iuidentis quam audiat ipsum sonum (huicque Isido.) Et ista ratio Isidi. et de causa tonitruum concordat quasi cum philosopho dicente. Tonitrus inquit est spiritus ventorum in sinu nubium receptus qui virtute mobilitatis sue quasi libet pres nubis interruptit et strepitum ac fragorem tonitruum introducat (vnde subdit) tonitruum est spatio aeris sibi concurrentium sonus secundum Aristo. autem in lib. methe. Tonitruum nihil aliud est quam extinctio ignis in nube. vapor enim sicca eleuatus in calore aeris inflammatus quando a nube aquosa intercipitur subito extinguitur et ex tali extinctione strepitum tonitruum generatur sicut quando in aqua extinguitur ferrum ignitum fit sonitus atque stridor. Descendit autem tonitrus sepe cum flumine. et tunc magis ledit (ut dicit Beda.) Unde obest fratribus cum aduenit cum coruscatione et fulmine sine pluuia. cum vero cum pluuia / prodest. ut dicit idem. Tonitruum igitur motu suo omnia concutit cerebrum commouet / animam terret

De aere et eius proprie.

vinum in doleis perturbat / comouet et corzum
pit (vt dicit Aristo.) Si uenerit in hora cuba
tionis auium / aues ledit / mulieres partientes
sepe abortire facit / turres altas concutit sepe
impetu suo et deicit arbores altas destruit ra
dicatus et euellit et supereminentiis in locis al
tis q̄ in humilibus et dimissis ledere consuevit
vt dicit Beda.) Anfractuosum et quasi orbicu
larem sonitum facit / et aerem quodam in equa
li susurrio per circuitum concutit. ita q̄ strepit
rore uehiculi exprimit quodammodo et preterdit
vt dicit Las.) et talis circularis sonus accidit for
sati ex rotunditate nubium ex quibus vapor si
ue uentus qui causa est tonitruu dissimiliter agi
tatur / qua nunc sursum / nunc deorsum nunc ante
nunc retro per concavitatem nubium comouet.

Choruscatio secundum Aristo. com
prehendit fulgur et fulmen et proprie
dictam choruscationem. Nam proprie
dicta choruscatio est a paruo
subita vaporis subtilis inflammati euanesce
tis in aere sine descensu ad terram. Fulgur ve
ro siue fulguratio est ignis subtilis / grossior ta
men choruscatione ad terram descendens / que
penetrat herbas et res molles / sicut ponit phi
losophi. vt recitat in. iij. phisice. Algazel.

Fulmen est vapor ignitus compa
ctus et solidus impetuose cadens
maioris vis q̄ sit fulgur / percutit
enim quod tangit / penetrat et uirt
siue liquefacit / diuidit / scindit / et nihil corpale
ei resistit. et (secundum hoc dicit Isido.) q̄ ful
gure idem est quod ferre (quia sicut idem dicit
ex subtilioribus partibus elementorum compo
nitur / ex quibus maior vis penetrandi relinq̄
tur. et ideo icus celestis iaculi ab Isido. nun
cupatur. Generatur autem ex uapore grosso co
posito ex contrarijs et diuersis eleuato et uehem
ti calore ignito et inflammato / qui collisione
uentorum et attritu nubium impellit / et quasi
lapis igneus de concavitatem nubium deorsum p
violentiam ad modum iaculi comouet. unde
fulmina collisa ad modum lampadam fulgi
da vi inflammationis discurrere per aera discer
nuntur / et quis ignee sint / tamen propter violen
tiam motus contra naturam ignis inferius et
scendere compelluntur (vt dicit Beda.) In suo
autem descensu incendit et uirt. et ideo dicit ful
gur (vt dicit Isido.) Penetrat et fundit et tunc
dicitur fulmen. vt dicit idem ubi autem uirt se
cum fumum et fetorem pessimum gignit. super loca
alta cadere frequenter consuevit. in forti estate
et in forti hyeme non fiunt fulgura. sed in princi

pio autumnu / in fine uentis. (vt dicit philoso
phus libro. ij. capto. liij.) In hyeme et estate ra
ro fiunt fulmina. q̄ in hyeme propter frigus va
por in aere non igitur. In estate uero propter sic
citatem et subtilitatem aeris non fit aggrega
tio vaporis in nubibus. sed in autumnu et i ve
re est aer mollis et nubilosus. et ideo tunc sepe
fulgurat. Item idem capto. liij. dicit idem.
Fulminum plura genera tradunt. nam que sic
ca ueniunt / non adurunt. sed dissipant. que hu
mida non adurunt. sed infuscant. tertium est q̄
clarum uocant / quod mire est nature. Nam vi
nus exhaurit in doleis / in tactis uasis aurum
et argentum liquet / sacculis non combustis. Quia
autem sit choruscatio et unde ueniat / diuersi
diuersimode tradiderunt. Dixit enim empedo
des q̄ choruscatio est ignis occultus in nubi
bus ex radijs solis. Sed hoc dicit Aristo. esse
falsum. quia si hoc esset ex omni nube choru
scatio accideret quia in omni nube radij occul
tant. Anax autem dixit q̄ choruscatio est ex ae
re descendente in nubem vel ad nubem et se in
ea occultante. cuius aperitio est choruscatio et
quando ille ignis extinguitur in nubibus a quo
sis / stridor illius extinctionis uocatur tonitru
um. Alij dixerunt choruscationem causari ex ven
tis calidis et sicis in nubibus compressis qui
inflammant et adurunt / et ignis ex eis egredi
ens est choruscatio / cuius splendor prius uen
it ad uisum q̄ sonitus ad auditum. Alij dixerunt
choruscationem non fieri per ignem. sed per aque
splendentis imaginationem que per stellarum et
nocte lucentium illustrationem in nubibus ui
demur (sed dicit Aristo.) q̄ iste sermo error est q̄
choruscatio de die sub radijs solis uirtur sicut
de nocte. secundum Aristo. autem vapor aggre
gatus in nubibus / et earum uehementi collis
sione attritus igitur et fit materia choruscatio
nis. et quia habet aliquas partes terrestres / ca
ruz grauitate mouetur inferius. et quia illa cor
uscatio est uehementis subtilitatis / et non ue
hementis inflammationis et adustionis. et ideo
apparet alba. et ideo corpora ad que pertingit
nec inficit nec corrumpit. Hucusq̄ Aristo. in. ij.
lib. methe.) Choruscationis itaq̄ motus subi
tus est et improuusus. subito enim apparet ab
oriante in occidente. subito sui est ostensiuus /
et subito occultatiuus. De materia enim sua
(vt dicit Grego.) In leui oculi exit et in se subi
to reuertens / suam originem non relinquit. ex
sua subita apparitione. aspectus intuentium
est repercussiuus / timoris incussiuus / per totum
orbem secundum apparentiam et opinionem et
iudicium uisus / sui est diffusiuus / futuri toni
m . 54

trui preambulus / et sui aduentus annūciatius
si pluuiam habet cōcomitantem vtilis est et p
ficua. Si vero pluuiā caruerit tenellis flori
bus et fructibus est nociuus. (vt dicit Beda.)

Aera est aer leniter motus et agita
tus estiuantibus refrigerium / algē
tibus prebens calorem. que quan
to est purior tanto delectabilior et
sanior. que si fuerit temperata et debitas quali
tates temporis non exierit. maxime vite homi
nis est congrua et sanitatis conseruatiua. Si
vero econtrario modo se habuerit / maxime est
nociua. quia pestilentie et corruptionis nō mo
dice est induciua. Est autem pestilentia aenis
corruptio / ex siccitatis et pluuiarumq; distempe
rantia et meritis hominum contingens (vt di
cit Isido.) Et dicitur pestilentia quasi passtu
lantia. quia totam naturā hominis preambu
lat et de pascat. Nam corruptis aquis et pluuijs
et aere / quibus spirando et edendo pascamur /
statim corumpimur et diuersis passionibus
necessario laesamur. vt patet supra in eodem
libro. vbi de proprietatibus aeris dictum est.
Sed hec dicta iam sufficiant.

Finit Liber Undecimus.

De Auiibus et earum
proprietas.

Liber duodecimus.

Expe dō
tractatu de proprie
tatibus aeris et eo
rum que in aere ge
nerant restat dicere
aliqua de his que p
tinent ad eius dece
tiam et ornamentū

vt in ipsis sicut in ceteris / creatoris magnalia
extollantur. Ad ornamentū enim aeris pntent
aues et volatilia (vt dicit Beda) Et ideo aliq
pauca adiuuante xpi demētia sūt de his huic
opusculo inserenda / nō quidam de omnibus
sed solum de auiibus et volatilibus de quibus
specialiter fit mentio in textu biblie vel in glo
sa. et primo dicendū est in generali. deinde in
speciali. et hoc per ordinē alphabeti. Aues ita
q; quasi deuie idest sine via sunt dicte (vt dicit
Isid.) Eo q; ipsarum vie nō sunt in aere deter
minate et distincte. Aues enim motu et agitatō
ne alarū diuidunt aerem et incidūt. sed statim
post volatum aere se claudente nullū signum
sui transitus derelinquūt. Dicunt autem volu
cres / q; volitant alis aues (vt dicit Isido.) p
pter quod et alites quasi alates idest alis se le
uantes a plumbus nominātur. sine alis enī nō
volitat sine quantum beneficio de tems in ae
ra se nō leuat auis. vel ideo dicit ales ab alen
do. q; ab illo qui pascat volatilia celi et escam
dat omni carni alitur idest nutritur (vt dicit Isi
do.) Attendunt etiam auium proprietates et cō
ditiones penes multa. q; penes earum substā
tiam et cōplexionem. Nam ex duobus elemen
tis inter summe graue. et summe leue interne
dijs auium substantia est creata. Nam in earū
cōpositione aer et aqua maxime dominant. et
ideo q; minus habent terestritatis et plus ae
ree leuitatis q; gressibilia vel aquatilia / leuita
te sue substantie habent feri super aera (vt di
cit Isido.) Aer enim indusus inter pennarū
cōcauitatem auem leuiga / et vt leuiter feratur
sursum ipam disponit et habilitat atq; iuuat.
vnde quanto volucres plus habēt ventoz pē
nositatis et minus carnis / tāto faalius se sur
sum leuant vt patet in auiibus prede / que exo
nerare a mole carnis altissimi sunt volatus et
valde acuti visus / et magne animositatis. (vt
dicit Ansto.) Item consideratur cōditio volu

De auibus

cris penes generationem. habet enim sibi insi-
tam a natura seminalē rōnez cuius virtute mo-
uent naturaliter ad sui generis multiplicationē
et sui speciei p generationis actum secundum or-
dinem pseruationem (vt dicit ab Ansto. li. vi.
omēs inquit aues cū pullificant/faciunt oua.
quibus in omnibus nō possit videri ppter pauci-
tatem. Est autē principium generatōis pulli
vt dicit ibidem) Ab albugine et abus eius a
vitello et post dies decem generationis pulli
cōplebitur pullus secundū omnes partes/ita
quod erūt partes distincte et manifeste. et habet tūc
caput maius toto corpore. et si tunc frangeret ouī
testa inueniret caput indinatū s̄ cruce dextrū et
eꝝale expāse s̄ caput p̄pleta autē ḡratōe singu-
lorū p̄fecta mēbroꝝ limitatione. rūp̄f̄ testa ali-
quā in die. xvij. vel. xx. vt patet in gallinis. et ex
erūt pulli tam cōpleti et viuificati et aliquando
gemelli. sed inter gemellos vnus erit maior/al-
ter minor et multotiens monstruosior (sicut di-
citur ibidem li. vi.) Inter omnia autē animan-
tia in generatōis ordine volucres sequunt̄ na-
ture maximā honestatem. Nam secundum ordi-
nem nature mares feminas cum sollicitudine
querūt inuentas diligunt/p̄ ipsis pugnat et p̄
iculo se exponunt/et solūmodo eis quasi p̄iu-
galis amoris federe se coniūgunt. et fer̄ ab ip-
sis p̄creatos solūmodo nutriūt et pasunt. vñd̄
naturaliter inter sexū et sexum iudicant et discer-
nunt exceptis paucis in quibus degenerat na-
tura (vt dicit Ansto. de p̄diabus) que obliui-
scunt̄ sexum dicit quod masculus surgit in masculu-
m. et femina in feminam. **E**t ex tali coitu
non fiunt oua pullificatiua immo fiunt sicut
oua venti et sentiuntur ex tali coitu malus fetor. di-
citur de colūbo masculo quā senex ē nō pōt coi-
re sed osculatur et sedit supra masculum et hoc
facit quod deosculat. **O**bservant autē aues in ge-
nerando t̄p̄is cōgnitatem. Nam vernali t̄pe
quando intrat t̄pus generatōis/aues vocife-
rant. mares feminas se associāt. nutibus et vo-
abus ad amorē mutuū se inuitant/nidificant
ouant/pullificāt pullos generatos nutriūt et
educāt. sed p̄pleto generatōis officio/ a cantu
cessant ab inuicē se sepant/et vsq̄ ad iteratū t̄-
pus generatōis inuicē nō appropinquant.
Item attendunt aues quo ad habitationē.
Sūt enim quedā volatilia que humanā vidē-
tur diligere frequentā. sicut galline/anserē/pas-
seres/columbe (conie/et h̄yridines. Quedā
vero omnino abhorrent/fugiūt/et timēt hoīm
cōuersionem. sicut aues siluestres/montuo-
se et fluuiales/seu palustres quod scdm̄ variaꝝ ea-
rum cōplexioneꝝ varia querūt habitacula et si

bi diuersas v̄dicant māfiones. Nā que natu-
re sunt magis frigide et humide paludes et flu-
uiales frequentāt ppter victus acquisitionē/nī-
dificationē/pullificationē/ac feruū educatio-
nem. vt mergili/aguates/agni/in quibus ge-
minata est natura (vt dicit Ansto.) Et pedes
haberent largos dāulos et indiuisos ppter natā
di necessitatē. vt. s. pedum latitudine aquas p-
pensius pulsent et sic pulsas retro aquis quasi
remigādo/in antērius fortius se extendāt. cau-
das etiam habent breues (ne innatādo caude
madefacte pōdere ipedimētū faciāt. rostra autē
habēt lata/ vt gramina et radices carpāt apte
et iucidāt. colla longa. vt/victū de p̄fundo fa-
cilius. attrahāt et acquirāt. Volatilia vero que
calidioris et siccidioris sūt nature. motuosa et
rupiū cacamina in habitant et frequentant. vt
omēs aues que de preda sūt viuētes/sicut sūt
aquile/anapitres/et cōsimiles. quibus dedit
natura (vt dicit Ansto.) Ungues acruos/et pe-
des fortes et neruosos/et rostrum curuū et acu-
tum/vt fortius predam retinerēt. et carnes faci-
lius laniarent. habēt h̄mōi aues modicū car-
nis. et multū plume/ sunt magne aiositatis. vt
sic sint motus. velocioris et volatus fortioris
(vt dicit Ansto.) Laadam insup habent longā
subtilem/et tenuem/qua in volando se regunt
sicut gubernaculum regit nauem. Omnes ta-
les aues (scdm̄ Ansto. in li. i.) Solitudines di-
ligūt/et cum aliquo socioꝝ habitare nō pos-
sunt. immo pullos proprios a se abijciunt. et
statim quando possunt volare rostro eos percu-
tientes/ a nido exire compellūt et in suo cōsoꝝ
no viuere nō permittunt (vt dicit Ansto.) **D**ee
et alie aues prede recipiunt in predando diuer-
sificationem. Quedam capiunt predam in ae-
re volando/et nunquam predam inuadunt su-
per terram. Quedam vero econuerso in terra
capiunt aues/et nūquam in aere ledunt. **U**ñd̄
mausuecte aues vt columbe/istarum animum dif-
ferentiam recognoscunt. et ideo quando predo-
nes acris vident/ad terram confugiunt. quā-
do vero predones terre conspiciunt/in aera su-
bito se extollunt. et que in terra erant in peri-
culo/eleuate a terra in aere tute fiunt. vt dicit
idem. Item sunt quedam aues nemorose que
siluas frequentant/et densas arborum inha-
bitant summitates. Et he quidem sunt ceteris
maioris mansuetudinis. sicut sunt aues mo-
dulantes/et estuo tempore dulcissimis voab-
siluis et arborib⁹ resonātes. sicut merulephilo-
mene/et h̄mōi. que t̄pe amoris maxie cātāt i ru-
bis et fructib⁹ nidificāt sup oua solliate cubāt